LGr
D5935R

DIONYSII

of Halicarnassus

HALICARNASSENSIS

OPERA OMNIA

GRAECE ET LATINE

CVM ANNOTATIONIBVS
HENRICI STEPHANI, FRID. SYLBVRGII
FRANC. PORTI, ISAACI CASAVBONI, FVLVII
VRSINI, HENR. VALESII, IO. HVDSONI
ET IO. IAC. REISKE.

201526
23. 3. 26.

VOLVMEN SEXTVM

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA
CIƆIƆCCLXXVII.

DIONYSII

HALICARNASSENSIS

OPERVM

VOLVMEN SEXTVM
ET VLTIMVM

EX SCRIPTIS RHETORICIS ET CRITICIS EPISTOLAM PRIMAM AD AMMAEVM, EPISTOLAM AD CN. POMPEIVM, EPISTOLAM SECVNDAM AD AMMAEVM, IVDICIVM DE THVCYDIDIS HISTORIIS, ET LIBRVM DE ADMIRANDA VI DICENDI IN DEMOSTHENE

TENENS.

QVIBVS ACCESSERVNT INDICES

CVRAVIT

IO. IAC. REISKE.

LIPSIAE

IN LIBRARIA WEIDMANNIA

CIϽIϽCCLXXVII.

[a] ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΣ
ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΟΣ ΑΜΜΑΙΟΝ
ΠΡΩΤΗ.

DIONYSII HALICARNASSENSIS
EPISTOLA AD AMMAEVM I. *

ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΑΜΜΑΙΩ ΤΩ ΦΙΛΤΑΤΩ
ΠΛΕΙΣΤΑ ΧΑΙΡΕΙΝ.

Πολλῶν [b] μετ' ἄλλων ξένων τε καὶ παραδόξων ἀκουσμάτων, ὧν ἐνήνοχεν ὁ καθ' ἡμᾶς χρόνος, ἕν τι καὶ τοῦτο ἐφάνη μοι πρώτως ἀκούσαντι παρά σου· ὅτι τῶν φιλοσόφων τις τῶν ἐκ τοῦ Περιπάτου, πάντα χαρίζεσθαι βουλόμενος Ἀριστοτέλει, τῷ κτίσαντι ταύτην τὴν φιλοσοφίαν, καὶ τοῦτο ὑπέσχετο ποιήσειν φανερόν, ὅτι Δημοσθένης τὰς ῥητορικὰς τέχνας παρ' ἐκείνου μα-

DIONYSIVS AMMAEO SVMMO AMICO
SVO S. P.

Inter caeteras, quas aetas noſtra tulit, praeter omnium opinionem ſententias numeranda et illa, quam ex te primum audiui, Ammaee, philoſophum quendam Peripateticum (quo Ariſtoteli, qui princeps eam familiam ducit, per omnia gratificaretur) clarum facere profeſſum, Demoſthenem ſcilicet, artem Rhetoricam ab illo cum didiciſſet, in orationes ſuas tranſtu-

a Deeſt titulus in *Graecis exemplaribus*, tam *Editis*, quam *MSS*. Hic, quem adiectum vides, eſt ab *Interpretibus*.

* *Wolfius* ſubiicit: *qua reſpondet de Demoſthene et Ariſtotele; Demoſthenem eloquentiae praecepta non hauſiſſe ex Ariſtotele.* Verum *Schottus* ſubiungit: *de aetate ſcriptiſque Demoſthenis et Ariſtotelis.*

b In margine *Cod. Reg.* μὲν ἄλλων etc.

θῶν, εἰς τοὺς ἰδίους μετήνεγκε λόγους, καὶ κατ' [c] ἐκεῖνα κοσμούμενος τὰ παραγγέλματα, πάντων ἐγένετο τῶν ῥητόρων κράτιστος. κατ' ἀρχὰς μὲν οὖν ὑπελάμβανον, τῶν πολλῶν τινα εἶναι τὸν ταῦτ' ἐπιχειρήσαντα λέγειν, καὶ παρῄνουν σοι μὴ πᾶσι τοῖς παραδόξοις προσέχειν. ὡς δὲ καὶ τοὔνομα τοῦ ἀνδρὸς ἐπυθόμην, ὃν ἐγὼ καὶ τῶν ἠθῶν ἕνεκα καὶ τῶν λοιπῶν ἀποδέχομαι, ἐθαύμασα, καὶ πολὺς ἐν ἐμαυτῷ γενόμενος, ἐπιμελεστέρας ᾤμην δεῖσθαι σκέψεως τὸ πρᾶγμα, μή ποτε λέληθέ με τἀληδὲς οὕτως ἔχον, καὶ οὐδὲν εἰκῇ τῷ ἀνδρὶ εἴρηται· [d] ἵνα

tranſtuliſſe: hiſque praeceptionibus inſtructum oratorum Graeciae facile euaſiſſe principem. Equidem initio vnum aliquem e plebe, indoctumque eſſe hominem, qui id aſſerere auderet, exiſtimabam: teque, his inopinatis minime vt animum adiungeres, hortabar. At vero ſimul ac viri nomen inaudiui, cuius ob morum integritatem caeteraſque animi dotes plurimum apud me auctoritas valet, ſuſtinui me admirabundus, et me ipſe colligens maiore conſideratione rem indigere exiſtimabam; ne forſitan nos verum falleret ac lateret, vereque ille ſentiret, nec fruſtra eſſet in eam ſententiam ingreſſus: vt vel

c *Wolfii* margo pro ἐκεῖνα habet ἐκείνου, itidemque verſio eiuſdem: *ſecundum illius praecepta. Sylb.*

d In *Stephani* editione [et *Cod. Reg.*] ſic legitur hic locus: ἵνα ἢ τὴν δόξαν, ἣν πρότερον αὐτὸς ἔσχον, βεβαιωθῶ, μαθὼν, ὅτι προτεροῦσι τῶν Δημοσθένους λόγων αἱ Ἀριστοτέλους τέχναι, ἢ τὸν οὕτως ἐγνωκ. quam lectionem et ipſe adnotauit minime ad confirmandam *Dionyſii* ſententiam facere, cum is totus in hoc ſit, vt oſtendat, anteceſſiſſe *Demoſthenis* orationes. quod ſi ita legas: μαθὼν, ὅτι οὐ προτεροῦσι, adiecta negatione, non habere locum particulam, quam grammatici disiunctiuam appellant, quae in altera parte ſequitur: quare ſibi verbum βεβαιωθῶ ſuſpectum eſſe; ſenſum omnino hunc videri eſſe: *Vt ipſe, ſi compertum habuero, Ariſtotelis artes Rhetoricas priores eſſe tempore Demoſthenicis orationibus, de ſententia mea deducar: ſin minus, eum, qui hoc ſibi perſuaſit, mutare cogam ſententiam.* Haec de illo loco *Steph.* ego eam lectionem, quam *Morellii Demoſthenes* in margine habebat, ſequi malui: praeſertim cum idem ante me feciſſet *Wolfius* in ſua *Demo-*

ἢ μαθὼν, ὅτι προτεροῦσι τῶν Δημοσθένους λόγων αἱ Ἀριστοτέλους τέχναι, ἑκὼν μεταδοξάσω· ἢ τοὐναντίον φωράσας, τὴν δόξαν, ἣν πρότερον αὐτὸς ἔσχον, [e] βεβαιώσω, καὶ τὸν ἄλλως ἐγνωκότα καὶ γράψαι γε παρεσκευασμένον, πρὶν εἰς ὄχλον ἐκδοῦναι τὸ σύνταγμα, μεταβαλεῖν πείσαιμι τὴν δόξαν.

β'. Οὐκ ἐλαχίστην δέ μοι καὶ σὺ παρέσχου ῥοπὴν εἰς τὸ μὴ παρέργως ἐξετάσαι τὴν ἀλήθειαν, παρακαλῶν φανεροὺς ποιῆσαι τοὺς λόγους, οἷς ἐμαυτὸν πέπεικα· Δημοσθένους ἀκμάζοντος ἤδη, καὶ τοὺς ἐπιφανεστάτους εἰρηκότος ἀγῶνας, τότε ὑπ' Ἀριστοτέλους τὰς ῥητορικὰς γεγράφθαι τέχνας. ἐδόκεις τέ μοι καὶ τοῦτο ὀρθῶς πα-

vel ipſe, ſi compertum haberem, *Ariſtotelis Rhetoricorum libros* priores eſſe tempore *Demoſthenicis orationibus*, de priſtina ſententia decederem, vel eum, qui hoc ſibi perſuaſit, mutare cogerem ſententiam, priuſquam foras daret opus ſuum, quod ſe ad ſcribendum comparauit.

II. Et vero tu non leue nobis calcar, vt ad verum euadere poſſemus, ſubdidiſti; hortando inprimis, vt rationes omnes colligerem, quibus adductus in eam potiſſimam ſententiam veniſſem: Demoſthene etiamnum florente, peroratiſque iam aliquot orationibus forenſibus, quibus inclaruit, tum demum Ariſtotelem ad *Artem Rhetoricam* conſcribendam animum appuliſſe. Suadere et illud recte videbaris, vt nec ſignis

Demoſthenis editione. *Sylb.* Mihi tamen (inquit *Schottus* in *Nod. Ciceron.* l. 4. c. 2.) vnius vocis parua mutatione locus emendari poſſe videtur: ſi ſcilicet βεβαιωθῶ in μετατεθῶ commutetur, nulla addita negatione. Senſum vero commodum hunc eliciam: *vt priorem ſententiam vel ipſe mutem, cognito, priores eſſe Ariſtotelis libros Rhetoricos orationibus Demoſthenis; vel eum, qui ita ſentit, et commentari ea de re parat, antequam opus foras det, de ſententia deducam.* Et vero Graecarum literarum peritis non inſolens forma videbitur, τὴν γνώμην μετατίθημι, *ſententiam muto:* nam ita loqui amant *Thucydides*, *Xenophon* et *Syneſius*.

e In margine *Cod. Reg.* ἐπανορθῶ.

ῥαίνειν, μὴ σημείοις, μηδ' εἰκόσι, μηδ' ἀλλοτρίαις τὸ πρᾶγμα πιστώσασθαι μαρτυρίαις, ἐπειδὴ τούτων οὐδεμία τῶν πίστεων δι' ἀναγκαίων συνάγεται λημμάτων· ἀλλ' αὐτὸν Ἀριστοτέλη παρασχέσθαι διὰ τῶν ἰδίων τεχνῶν ὁμολογοῦντα τἀληθὲς οὕτως ἔχειν. τοῦτο δὴ πεποίηκα, βέλτιστε Ἀμμαῖε, τῆς τ' ἀληθείας προνοούμενος, ἣν ἐπὶ παντὸς οἴομαι δεῖν πράγματος ἐξετάζεσθαι, καὶ τῆς ἁπάντων τῶν περὶ τοὺς πολιτικοὺς λόγους ἐσπουδακότων χάριτος· ἵνα μὴ τοῦθ' ὑπολάβωσιν, ὅτι πάντα περιείληφεν ἡ Περιπατητικὴ φιλοσοφία τὰ ῥητορικὰ παραγγέλματα· καὶ οὔτε οἱ περὶ Θεόδωρον καὶ Θρασύμαχον καὶ Ἀντιφῶντα σπουδῆς ἄξιον οὐδὲν εὗρον, οὔτ' Ἰσοκράτης καὶ Ἀναξιμένης καὶ Ἀλκιδάμας, οὔτε οἱ τούτοις συμβιώσαντες τοῖς ἀνδράσι, παραγγελμάτων τεχνικῶν συγγραφεῖς καὶ ἀγωνισταὶ λόγων ῥητορικῶν, οἱ περὶ Θεοδέκτην καὶ [f] Φίλισκον καὶ Ἰσαῖον καὶ Κηφισόδωρον,

ſignis et coniecturis, nec a re ipſa alienis teſtimoniis, id confirmarem; quando nihil horum ad fidem faciendam valeat, nec aſſentiri cogat: verum ipſum potius philoſophum, tanquam e domo productum teſtem, ex ſua arte ad cauſam dicendam advocarem. Parui itaque conſiliis tuis, optime Ammaee, cum veritatis habito reſpectu (in cuius inueſtigatione plurimum ſemper operae ponendum cenſui), tum vt ab omnibus gratiam ineam, qui ciuilis eloquentiae ſtudio capiuntur; ne falſo perſuaſum haberent, philoſophiam Peripateticam omnes Rhetoricas praeceptiones complecti: quaſi nihil hi laude dignum repererint, Theodorus et Thraſymachus et Antiphon; imo nec Iſocrates, Anaximenes, aut Alcidamas, eorumque aequales, Theodectes, Philiſtus, Iſaeus, Cephiſodorus, Hyperides, Lycurgus et Aeſchines; quorum alii praecepta de bene dicendi arte poſteris reliquerunt, alii etiam forenſes orationes ingen-

f Pro Φίλιστον [quod in vulgatis eſt] rectius fortaſſe legemus Φίλισκον, quia *Philiſtus* hiſtorici Siculi nomen eſt, *Philiſcus* autem Mileſius orator fuit, vnus ex *Iſocratis* oratoris auditoribus, vt tradit *Suidas:* Supra pag. 626. v. 13. in hoc nomine eſt ambiguitas. *Sylb.*

g Ἀν

Ὑπερίδην τε καὶ Λυκοῦργον καὶ Αἰσχίνην· οὔτ' αὐτὸς ὁ Δημοσθένης ὁ πάντας ὑπερβαλόμενος τούς τε πρὸ αὐτοῦ καὶ τοὺς καθ' ἑαυτὸν, καὶ μηδὲ τοῖς γενησομένοις ὑπερβολὴν καταλιπὼν, τοσοῦτος [g] ἂν ἐγένετο τοῖς Ἰσοκράτους τε καὶ Ἰσαίου κοσμούμενος παραγγέλμασιν, εἰ μὴ τὰς Ἀριστοτέλους τέχνας ἐξέμαθεν.

γʹ. Οὐκ ἔστ' ἔτυμος λόγος οὗτος, ὦ φίλε Ἀμμαῖε, οὐδ' ἐκ τῶν Ἀριστοτέλους τεχνῶν τῶν ὕστερον ἐξενεχθεισῶν οἱ Δημοσθένους λόγοι συνετάχθησαν, ἀλλὰ καθ' ἑτέρας εἰσαγωγάς τινας· ὑπὲρ ὧν ἐν ἰδίᾳ δηλώσω γραφῇ τὰ δοκοῦντά μοι. πολὺς γὰρ ὁ περὶ αὐτῶν λόγος, ὃν οὐ καλῶς εἶχεν ἑτέρας γραφῆς ποιῆσαι πάρεργον. ἐν δὲ τῷ παρόντι τοῦτο πειράσομαι φανερὸν ποιῆσαι, ὅτι, Δημοσθένους ἀκμάζοντος ἤδη κατὰ τὴν πολιτείαν, καὶ τοὺς ἐπιφανεστάτους εἰρηκότος ἀγῶνας, τούς τε δικανικοὺς καὶ τοὺς δημηγορικοὺς, καὶ θαυμαζομένου διὰ πάσης τῆς Ἑλλάδος ἐπὶ δεινότητι λόγων, τότε ὁ φιλόσοφος τὰς ῥητορικὰς ἔγραψε τέχνας. ἀνάγκη δ' ἴσως πρῶτον, ὅσα

ingenti artificio conſcripſerunt: et quaſi Demoſthenes (qui oratorum ſui ſeculi omnium, et qui ante illum fuerunt, et poſt ſecuti ſunt, facile princeps, nulli vt concedere debeat) talis tantuſque in admiranda vi dicendi nunquam euaſiſſet, Iſocratis et Iſaei praeceptis inſtructus, niſi *Ariſtotelis artem Rhetoricam* edidiciſſet.

III. Quare falſo ita iudicant, mi Ammaee. Neque enim *Ariſtotelis oratoriis praeceptis*, quae diu poſt edita ſunt, *Demoſthenis orationes* conſcriptae ſunt, ſed aliis quibuſdam inſtructae: qua tota de re quid ſentiam, alias commentabor. res enim longioris eſt operae et conſiderationis: quare obiter et quaſi per tranſennam tractari non debet. Illud in praeſens conſtituere ſatis habebo, Demoſthene etiam tum in rep. florente, habitiſque praeclaris aliquot orationibus forenſibus, partim in iudiciis, partim in declarationibus publicis, cum tota Graecia bene dicendi gloria clarus eſſet, tum primum *Artem Rhetoricam* ſcribere Ariſtotelem coepiſſe. Principio vero ex

g Ἂν additum ex *Morellii* et *Wolfii* editionibus.

παρέλαβον ἐκ τῶν κοινῶν ἱστοριῶν, ἃς κατέλιπον ἡμῖν οἱ τοὺς βίους τῶν ἀνδρῶν συνταξάμενοι, προειπεῖν. ποιήσομαι δ' ἀπὸ Δημοσθένους τὴν ἀρχήν.

δ'. Οὗτος ἐγεννήθη μὲν ἐνιαυτῷ πρότερον τῆς ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος, ἄρχοντος δὲ Τιμοκράτους, εἰς ἔτος ἦν ἐμβεβηκὼς ἑπτακαιδέκατον· δημοσίους τε λόγους ἤρξατο γράφειν ἐπὶ Καλλιστράτου ἄρχοντος, [h] εἰκοστὸν καὶ πέμπτον ἔχων ἔτος. καὶ ἔστιν αὐτοῦ πρῶτος τῶν ἐν δικαστηρίῳ κατασκευασθέντων ἀγώνων ὁ κατὰ Ἀνδροτίωνος, ὃν γέγραφε Διοδώρῳ, τῷ κρίνοντι τὸ ψήφισμα παρανόμων. καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἕτερος ἐπὶ Καλλιστράτου ἄρχοντος, [i] ὁ περὶ τῶν ἀτελειῶν, ὃν αὐτὸς διέθετο, χαριέστατος ἁπάντων [k] τῶν'' λόγων καὶ γραφικώτατος. ἐπὶ δὲ Διοτίμου, τοῦ μετὰ Καλλίστρατον, ἐν Ἀθηναίοις πρώτην εἶπε δημηγορίαν, ἣν ἐπιγράφουσιν οἱ

ex iis hiſtoricis, qui illuſtrium virorum vitas memoriae prodiderunt, de tempore conſtet neceſſe eſt. Initium autem faciam a Demoſthene.

IV. Natus hic eſt anno, qui centeſimam Olympiadem anteceſſit, Archonte dehinc, ſeu Praetore, Athenis Timocrate, ſeptendecim annorum fuit: publicas vero cauſas agere coepit, Calliſtrato Praetore, annorum iam quinque et viginti. Primam in iudiciis orationem habuit eam, quae *contra Androtionem* eſt: conſcripſitque Diodoro, violatarum legum iudicium agenti. Eodem tempore et Archonte, altera *de Immunitate* eſt habita, elegantiſſima et maxime ornata. Diotimi vero tempore, qui Calliſtrati Praeturam excepit, apud Athenienſes primum eam dixit, quam, qui orationum catalogum

Quo tempore et ordine

h Corrigendus hic *Dionyſii* calculus, qui in Archonte quidem nobiſcum ſentit, in aetatis vero annis a nobis et *Agellio* diſcedit: vt reſcribendum ſit pro anno XXV. an. XXVII. vt tradit *Agellius* l. 15. c. 28. *Schottus* in vita *Demoſthenis*, ad Olymp. CVI. an. II.

i Ὁ περὶ τῶν ἀτελειῶν λόγος eſt oratio *contra Leptinem* habita. *Sylb.*

k Omittit *Cod. Reg.*

l Rhe-

τοὺς ῥητορικοὺς [l] πίνακας συντάξαντες, [m] περὶ τῶν συμμοριῶν· ἐν ᾗ παρεκάλει τοὺς Ἀθηναίους, μὴ λύειν τὴν πρὸς βασιλέα γενομένην εἰρήνην, μηδὲ προτέρους ἄρχειν τοῦ πολέμου, ἐὰν μὴ παρασκευάσωνται τὴν ναυτικὴν δύναμιν, ἐν ᾗ πλείστην εἶχον ἰσχύν· καὶ τὸν τρόπον τῆς παρασκευῆς αὐτὸς ὑποτίθεται. ἐπὶ δ' [n] Εὐδήμου, τοῦ μετὰ Διότιμον ἄρξαντος, τόν τε κατὰ Τιμοκράτους λόγον ἔγραψε Διοδώρῳ, τῷ κρίνοντι παρανόμων τὸν Τιμοκράτην, καὶ τὸν περὶ τῆς Μεγαλοπολιτῶν βοηθείας δημηγορικὸν, ὃν αὐτὸς ἀπήγγειλε. μετὰ δ' Εὔδημον ἦν Ἀριστόδημος ἄρχων, ἐφ' οὗ τῶν κατὰ Φιλίππου δημηγοριῶν ἤρξατο, καὶ λόγους ἐν τῷ δήμῳ διέθετο περὶ τῆς ἀποστολῆς ξενικοῦ στρατεύματος καὶ τῶν δέκα [o] [Γαδικῶν] τριηρῶν εἰς Μακεδονίαν. ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ καὶ τὸν κατὰ Ἀριστοκράτους ἔγραψε λόγον Εὐθυκλεῖ, τῷ διώ-

logum texerunt, *de Claſſibus* inſcribunt: qua hortatur, ne initam cum Rege pacem prius ſoluant, nec priores bellum inferant, quam rem omnem naualem, qua plurimum valebant, commode inſtruxiſſent; apparatuſque rationem ipſe praeſcribit. Theodemo Praetore, qui Diotimo ſucceſſit, eam, quae *contra Timocratem* inſcribitur, ſcripſit Diodoro violatae legis iudicanti Timocratem: orationem item *de ſubſidio Megalopolitis mittendo*, quae tota ſuaſoria eſt, et ab illo recitata. Ariſtodemo mox Archonte, proxime poſt Theodemum, *contra Philippum* orationes ſcribere coepit, publiceque habuit, de externo milite parando, mittendiſque triremibus Gadicenſibus in Macedoniam. Hoc ipſo tempore conſcripſit et alteram *contra Ariſtocratem*, in gratiam Euthyclis, contra leges latum

orationes habuerit Demoſthenes.

l Rhetoricae tabulae fortaſſe eaedem hic ſunt, quae tabulae Pergamenae; de quibus ſupra ad p. 661. v. 6. *Sylb.*

m Videſis *Schotti* vitas Parallel. Olymp. cvi. an. iii.

n Θεοδήμου, et mox Θεόδημον, in *Cod. Reg.* Verum (inquit *Sylb.*) Εὔδημον legendum eſſe, ſatis conſtat ex p. 648. v. 4. [Vulgatae dant Θεοδήμου, et infra Θεόδημον.]

o Pro Γαδικῶν *Morellii* margo habet ταχειῶν: cui *Wolfius* addit ταχυναυτικῶν: exegema vtrumque. Sunt tamen, qui φυγαδικῶν legendum exiſtiment. *Sylb.*

κοντι παρανόμων τὸ ψήφισμα. ἐπὶ δὲ [p] Θεσσάλου, τοῦ μετ' Ἀριστόδημον, τὴν [q] περὶ Ῥοδίων ἀπήγγειλε δημηγορίαν, ἐν ᾗ πείθει τοὺς Ἀθηναίους καταλῦσαι τὴν ὀλιγαρχίαν αὐτῶν, καὶ τὸν δῆμον ἐλευθερῶσαι. ἐπὶ δὲ Καλλιμάχου, τοῦ τρίτου μετὰ Θέσσαλον ἄρξαντος, τρεῖς διέθετο [r] δημηγορικοὺς, παρακαλῶν Ἀθηναίους βοήθειαν Ὀλυνθίοις ἀποστεῖλαι, τοῖς πολεμουμένοις ὑπὸ Φιλίππου· [s] πρῶτον μὲν, οὗ ἐστιν ἀρχή· „Ἐπὶ πολλῶν μὲν ἰδεῖν ἄν τις, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δοκεῖ μοι·“ δεύτερον δὲ· „Οὐχὶ ταυτὰ παρίσταταί μοι γιγνώσκειν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι·“ τρίτον δὲ· „Ἀντὶ πολλῶν ἂν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, χρημάτων.“ κατὰ τοῦτον γέγραπται τὸν ἄρχοντα καὶ ὁ κατὰ Μειδίου λόγος, ὃν συνετάξατο μετὰ

tum decretum perſequenti. Sub Theello Praetore, qui ab Ariſtodemo Praeturam proxime geſſit, habuit orator eam, quae *de Rhodienſibus* inſcripta circumfertur, qua Athenienſibus, vt diſſoluant paucorum ibi dominationem, auctor eſt, populumque Rhodi velint iubeantque liberum eſſe. Callimacho Praetore, qui a Theello tertius in Faſtis numeratur, *Suaſorias* tres publice habuit: quibus Athenienſibus ſuadet, vt ſuppetias Olynthiis a Philippo obſeſſis mittant, auxiliumque portent. *Primae* quidem hoc principium orationis eſt: Ἐπὶ πολλῶν μὲν ἰδεῖν ἄν τις, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δοκεῖ μοι. *Secundae* initium eſt: Οὐχὶ ταυτὰ παρίσταταί μοι γιγνώσκειν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι. *Tertia* vero ſic incipit: Ἀντὶ πολλῶν ἂν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, χρημάτων. Hoc etiam Archonte ſcripta oratio eſt *contra Midiam*, quam

p Qui Θέελλος hic dicitur [in vulgatis puta], et ſupra in *Dinarcho* (p. 655. v. 1.) Θέλλος, veriori nomine appellabitur Θέσσαλος, vt docuimus ad p. 648. v. 5. *Sylb.*

q Ἐπὶ Ῥοδίων in *Cod. Reg.* Plenus titulus περὶ Ῥοδίων ἐλευθερίας. vide *Schotti* vitas Parallel. Olymp. CVIII. an. II.

r Id eſt, Ὀλυνθιακούς.

s Ordinem Olynthiacarum eſſe ab edito diuerſum, obſeruandum moneo. Nam quae vulgo *prima* eſt, ea recte a *Dionyſio* et ordine *tertia* collocatur: vt *ſecunda* primum locum, *tertia* ſecundum obtineat. Qua de re pluribus in *Vitis Parallelis* Olymp. CVII. an. IV. *Schottus.*

t Mo-

τὴν [t] χειροτονίαν, ἣν ὁ δῆμος αὐτοῦ [u] κατεχειροτόνησε· [x] μέχρι τοῦ περὶ δώδεκα λόγων, ὧν εἴρηκα δημοσίων, ἐν οἷς εἰσι δημηγορικοὶ μὲν ζʹ, δικανικοὶ δὲ εʹ, ἅπαντες πρότεροι τῶν Ἀριστοτέλους τεχνῶν, ὡς ἔκ τε τῶν ἱστορουμένων περὶ τοῦ ἀνδρὸς ἀποδείξω, καὶ ἐκ τῶν ὑπ' αὐτοῦ γραφέντων, ἐντεῦθεν ἀρξάμενος.

εʹ. Ἀριστοτέλης υἱὸς μὲν ἦν Νικομάχου, τὸ γένος καὶ τὴν τέχνην ἀναφέροντος εἰς Μαχάονα, τὸν Ἀσκληπιοῦ· μητρὸς δὲ [y] Φαιστίδος, ἀπογόνου τινὸς τῶν ἐκ Χαλκίδος τὴν ἀποικίαν ἀναγαγόντων εἰς Στάγειρα. ἐγεννήθη δὲ κατὰ τὴν ἐννενηκοστὴν καὶ ἐννάτην Ὀλυμπιάδα, Διοτρέφους Ἀθήνησιν ἄρχοντος, [z] ιγʹ ἔτεσι Δημοσθένους

quam poſt plebiſcitum, quo illum plebs condemnauit, conſcripſit. Duodecim igitur orationes ab illo publicae ſunt habitae, quas iam dixi; ſeptem quidem in deliberationibus, quinque vero in iudiciis: omnes ante *Rhetoricos Ariſtotelis libros*; vt planum faciam, cum ex iis ſcriptoribus, qui vitam philoſophi reſque geſtas memoriae prodiderunt, literiſque conſignarunt; tum ex illius ipſius ſcriptis, hinc auſpicatus.

Ariſtotelis vita breuiter deſcripta.

V. Ariſtoteles filius fuit Nicomachi, genus artemque referentis ad Machaonem, Aeſculapii F. matris vero Phaeſtidos, oriundae e Chalcidenſi quodam, qui Stagira cum colonia migrarat. Natus autem Olympiade nonageſima nona, Praetore Athenis Diotrephe; tredecim quidem annis maior Demoſthene.

Demoſthene

t Morellii et *Wolfii* margo habet καταχειροτονίαν. *Sylb.*

u Κεχειροτόνηκε in *Cod. Reg.*

x Fortaſſe legendum μέχρι τῶν δώδεκα. *Sylb.* In *Cod. Reg.* μέχρι τοῦ τῶν δώδεκα.

y Conſentiunt haec cum epigrammate, quod *Ammonius* in *Ariſtotelis* vita, et *Henr. Steph.* in *Anthologiae* additamento, referunt: Φαιστίδος ἦν μητρὸς, καὶ Νικομάχου γενετῆρος, "τῶν Ἀσκληπιαδῶν, δῖος Ἀριστοτέλης. *Sylb.*

z Wolfius pro ιγʹ. legit γʹ. detracta ſcilicet decade: et mox nominandi caſu πρεσβύτερος: itidemque vertit: *triennio Demoſthene maior.* atque ita legendum eſſe, perſpicuum eſt ex eo, quod *Dionyſius* p. 724. v. 4. *Demoſthenem* natum eſſe dicit anno ante centeſimam Olympiadem: aut neceſſe eſt, ibi minoris numeri notationem eſſe omiſſam. *Sylb.*

πρεσβυτέρου. ἐπὶ δὲ Πολυζήλου ἄρχοντος, τελευτήσαντος τοῦ πατρὸς, ὀκτωκαιδέκατον ἔτος ἔχων εἰς Ἀθήνας ἦλθε, καὶ συςαθεὶς Πλάτωνι, χρόνον εἰκοσαετῆ διέτριψε σὺν αὐτῷ. ἀποθανόντος δὲ Πλάτωνος, ἐπὶ Θεοφίλου ἄρχοντος, ἀπῆρε πρὸς Ἑρμείαν, τὸν Ἀταρνέως τύραννον, καὶ τριετῆ χρόνον παρ' αὐτοῦ [a] τρίψας, ἐπ' Εὐβούλου ἄρχοντος εἰς Μιτυλήνην ἐχωρίσθη· [b] ἐκεῖθεν δὲ πρὸς Φίλιππον ἤρχετο, κατὰ Πυθόδοτον ἄρχοντα, καὶ διέτριψε χρόνον ὀκταετῆ παρ' αὐτῷ καθηγούμενος Ἀλεξάνδρου· μετὰ δὲ τὴν Φιλίππου τελευτὴν ἐπ' Εὐαινέτου ἄρχοντος ἀφικόμενος εἰς Ἀθήνας, ἐσχόλαζεν ἐν Λυκείῳ χρόνον ἐτῶν δώδεκα. τῷ δὲ τρισκαιδεκάτῳ μετὰ τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτὴν, ἐπὶ Κηφισοδώρου ἄρχοντος, ἀπάρας εἰς Χαλκίδα, νόσῳ τελευτᾷ, τρία πρὸς τοῖς ἑξήκοντα βιώσας ἔτη.

ς'. Ταῦτα μὲν οὖν ἐςιν, ἃ παραδεδώκασιν ἡμῖν οἱ τὸν βίον τοῦ ἀνδρὸς ἀναγράψαντες. ἃ δ' αὐτὸς ὁ Φι-

quot annis maior.

ſthene. Praetore vero Polyzelo, cum patrem morte amiſiſſet, annum agens aetatis octauum decimum, Athenas venit; et Platoni commendatus, viginti quidem annos operam illi dedit. Platone vero in Praetura Theophili vita functo, profectus ad Hermiam, Atarnei tyrannum: atque triennium apud illum moratus, Archonte Eubulo, in Mitylenem diſceſſit: inde vero ad Philippum [Macedoniae regem] ſe contulit ſub Pythodoto Praetore. Annos apud illum octo manſit inſtituens Alexandrum filium. Mortuo Philippo, ſub Euaeneto Praetore Athenas rediens duodecim annos docuit in Lyceo. Anno decimo tertio poſt mortem Alexandri, ſub Cephiſodoro Archonte, cum in Chalcidem tranſiiſſet, ex morbo periit, annos natus tres et ſexaginta.

Rhetorica prae-

VI. Haec fere ſunt, quae, qui vitam illius conſcripſerunt, nobis tradiderunt. Quae vero philoſophus de ſe ipſo ſcribit,

In *Cod. Reg.* habemus γ'. pro ιγ'. quem numerum etiam reponendum cenſet *Schottus.*

a *Wolfii* margo pro τρίψας habet διατρίψας. *Sylb.*

b Ἐκεῖθεν δὲ πρὶν ἔχετο mendoſe in *Cod. MS.* In margine: ἴσ. ᾤχετο.

c Si

λόσοφος ὑπὲρ ἑαυτοῦ γράφει, πᾶσαν ἀφαιρούμενος ἐπιχείρησιν τῶν χαρίζεσθαι βουλομένων αὐτῷ τὰ μὴ προσήκοντα, πρὸς πολλοῖς ἄλλοις, ὧν οὐδὲν δέομαι μεμνῆσθαι κατὰ τὸ παρὸν, [c] ἃ τέθεικεν ἐν τῇ πρώτῃ βίβλῳ ταύτης τῆς πραγματείας, ὡς οὐ μειράκιον ἦν, ὅτε τὰς ῥητορικὰς [d] συνετάττετο τέχνας, ἀλλ' ἐν τῇ κρατίστῃ γεγονὼς ἀκμῇ, καὶ προεκδεδωκὼς ἤδη τάς τε τοπικὰς συντάξεις καὶ τὰς ἀναλυτικὰς καὶ τὰς μεθοδικὰς, τεκμηρίων ἐστὶν ἰσχυρότερα. ἀρξάμενος γὰρ τὰς ὠφελείας ἐπιδεικνύειν, ἃς περιείληφεν ὁ ῥητορικὸς λόγος, ταῦτα κατὰ λέξιν γράφει· [e] „Χρήσιμος δ' ἐστὶν ἡ ῥητορικὴ, [f] διά γε τὸ φύσει εἶναι κρείττω τἀληθῆ καὶ τὰ δίκαια τῶν ἐναντίων· ὥστ', [g] ἐὰν μὴ κατὰ τὸ προσῆκον αἱ κρίσεις γίνωνται, ἀνάγκη δι' αὐτῶν ἡττᾶσθαι· τοῦτο δ' ἐστὶν ἄξιον ἐπιτιμήσεως. ἔτι δὲ πρὸς ἐνίους, οὐδ' εἰ τὴν ἀκρι-

ſcribit, omnem eis dubitationem eripiens, qui volunt ei gratum facere in his, quae non decent (praeter alia multa, quae in praeſens commemorare nihil attinet, quaeque retulit *libro primo* huius operis: exempli gratia, non iuuenili, ſed matura iam aetate fuiſſe, cum *Artem Rhetoricam* ſcriberet, editis nimirum iam *Topicis*, *Analyticis* et *Methodicis*), ea certe plus ponderis probationi addunt, quam ſigna. Cum enim propoſitum eſſet oſtendere, quas oratio Rhetorica contineat vtilitates, haec ad verbum refert: „Vtilis autem Rhetorica eſt, propterea, quod natura quidem vera et iuſta potentiora falſis et iniuſtis; ita vt neceſſe ſit, niſi iudicia, quomodo par eſt, exerceantur, ea nonnunquam vinci: id autem reprehenſione dignum eſt. Praeterea ſunt nonnulli, quibus, etiamſi

ceptiones qua aetate ſcripſerit Ariſtoteles.

c Si ante ἃ ex *Wolfii* margine inſeramus ἐστιν, plana eſt ſententia. *Sylb.*

d Συνέταξε *MS. Reg.*

e Locus, quem hic ex *Ariſtotele* citat, exſtat *Rhetoricorum* lib. I. c. I.

f Διά τε in *Ariſtotelis* exemplaribus.

g Pro ἐὰν μὴ *Stephani* et *Morellii* editio habet ἐὰν μὲν: itidemque *Wolfii* verſio: *quando iudicia ita fiunt, vt decet.* ego *Ariſtotelis* exemplaria ſequi malui. *Sylb.*

h *Ariſt.*

βεστάτην ἔχοιμεν ἐπιστήμην, ῥᾴδιον ἀπ' ἐκείνης πεῖσαι λέγοντας. [h] διδασκαλία γάρ ἐστιν ὁ κατὰ τὴν ἐπιστήμην λόγος. τοῦτο δ' ἀδύνατον· „ἀλλ' ἀνάγκη διὰ τῶν κοινῶν ποιεῖσθαι τὰς πίστεις καὶ τοὺς λόγους, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς [i] τοπικοῖς ἐλέγομεν περὶ τῆς πρὸς τοὺς πολλοὺς ἐντεύξεως.

ζ'. Περί τε παραδειγμάτων προελόμενος λέγειν, ὅτι τὴν αὐτὴν ταῦτ' ἔχει δύναμιν ταῖς ἐπαγωγαῖς καὶ τοῖς συλλογισμοῖς, ταῦτα περὶ τῆς ἀναλυτικῆς καὶ μεθοδικῆς πραγματείας τίθησι· „Τῶν δὲ διὰ τοῦ [k] δείκνυσθαι, ἢ φαίνεσθαι δείκνυσθαι, καθάπερ καὶ ἐν τοῖς [l] ἀναλυτικοῖς, τὸ μὲν ἐπαγωγή ἐστι, τὸ δὲ συλλογισμός,

iamſi alicuius rei ſcientiam exquiſitiſſimam animo comprehenſam teneamus, perſuadere tamen facile non eſt, ſi ductis ex ea argumentis vtamur. Nam oratio, quae ex ipſa rei ſcientia ducitur, docendi ratio quaedam eſt. Ipſi autem doceri non queunt: immo neceſſe eſt, e communibus rationes et argumenta ducamus; vt et in *Topicis* diximus de ratione agendi cum vulgo."

VII. De exemplis item diſſerens, quod eandem vim habeant cum Inductionibus et Syllogiſmis, haec de Analyticis et Methodicis poſuit: „Eorum (inquit), quibus eo fides fit, quod et qui dicit, aut demonſtrat, aut demonſtrare videatur; vt in *Analyticis*, aliud quidem Inductio eſt, aliud Syllogiſmus,

h *Ariſt.* exemplaria habent διδασκαλίας. *Sylb.*

i *Stephani, Morellii,* et *Wolfii* editio habet πολιτικοῖς λέγομεν. ego *Ariſtotelis* exemplaria ſequi malui: e quibus *Morellius* quoque ac *Wolfius* veriorem lectionem margini adnotarunt. *Sylb.*

k *Ariſtotelis* exemplaria habent δεικνύναι, ἢ φαίνεσθαι δεικνύναι, *Rhetor.* l. 1. c. 2.

l Pro ἀναλυτικοῖς *Ariſtotelis* exemplaria habent διαλεκτικοῖς. ſed *Dionyſium* ἀναλυτικοῖς legiſſe, ſatis declarat pag. 729. v. 8. Incluſa, quae mox p. 731. 1. ſequuntur, addita ſunt ex *Ariſtot.* exempl. At quae v. 3. et 4. incluſa ſunt, ab iiſdem *Ariſt.* exempl. abſunt. Eadem exemplaria eodem v. 4. pro καλῶ γὰρ habent καλῶ δέ. *Sylb.*

(τὸ δὲ Φαινόμενος συλλογισμὸς), καὶ ἐνταῦθα ὁμοίως. ἔστι γὰρ τὸ μὲν παράδειγμα, ἐπαγωγή· τὸ δ' ἐνθύμημα, συλλογισμός· (τὸ δὲ Φαινόμενον, Φαινόμενος συλλογισμός.) καλῶ γὰρ ἐνθύμημα μὲν, ῥητορικὸν συλλογισμόν· παράδειγμα δὲ, ἐπαγωγὴν ῥητορικήν. πάντες δὲ τὰς πίστεις ποιοῦνται διὰ τοῦ δεικνύναι, ἢ παραδείγματα λέγοντες, ἢ ἐνθυμήματα· καὶ παρὰ ταῦτα οὐδέν πως. ὥστ', εἴπερ καὶ ὅλως ἀνάγκη, συλλογιζόμενον, ἢ ἐπάγοντα, δεικνύναι ὁτιοῦν, [m] (ἢ ὁντιναοῦν·) δῆλον δ' ἡμῖν τοῦτο ἐκ τῶν ἀναλυτικῶν· ἀναγκαῖον ἑκάτερον (αὐτῶν ἑκατέρῳ) τούτων τὸ αὐτὸ εἶναι. τίς δ' ἐστὶ διαφορὰ παραδείγματος καὶ ἐνθυμήματος, Φανερὸν ἐκ τῶν τοπικῶν· ἐκεῖ γὰρ περὶ συλλογισμοῦ καὶ ἐπαγωγῆς εἴρηται πρότερον· ὅτι τὸ μὲν, [n] ἐπὶ πολλῶν καὶ ὁμοίων δείκνυσθαι, ὅτι οὕτως ἔχει, ἐκεῖ μὲν ἐπαγωγή ἐστιν, ἐνταῦθα δὲ παράδειγμα· τὸ δὲ, τινῶν ὄντων, [o] ἕτερόν

ſmus, aliud apparens Syllogiſmus, et hic ſimiliter. Eſt enim exemplum quaedam Inductio; Enthymema vero Syllogiſmus: apparens vero, Syllogiſmus apparens eſt. Voco enim Enthymema quidem Syllogiſmum oratorium: Exemplum autem Inductionem oratoriam. Omnes vero demonſtrando fidem faciunt, aut exempla proferentes, aut Enthymemata, neque quicquam fere aliud. Quocirca, ſi omnino neceſſe eſt, eum, qui quid demonſtrat, aut Syllogiſmo, aut Inductione, id facere (conſtat autem, ita eſſe, ex *Analyticis*): neceſſe quoque eſt, horum vtrumque idem eſſe. Quid vero differant exemplum et Enthymema, ex *Topicis* clarum eſt. Ibi enim de Syllogiſmo et Inductione dictum eſt: primum quidem de multis et variis demonſtrare, ſic ſe habere; illic quidem Inductio eſt, hic autem Exemplum: at vero, quibuſdam poſitis, euenire

m Incluſa addita ſunt ex *Ariſtotelis* exemplaribus, itidemque v. 11. *Sylb.*

n *Morellii* margo pro ἐπὶ πολλῶν habet ἐκ πολλῶν. *Sylb.*

o *Ariſtotelis* exemplaria habent ἕτερόν τε διὰ ταῦτα συμβαίνειν παρὰ ταῦτα, τῷ ταῦτα εἶναι. *Sylb.*

p Φα-

τι διὰ ταῦτα συμβαίνειν, παρὰ τὸ ταῦτ᾽ εἶναι ἢ καθόλου, ἢ ὡς ἐπιτοπολὺ, ἐκεῖ μὲν συλλογισμὸς, ἐνταῦθα δ᾽ ἐνθύμημα καλεῖται. p Φανερὸν δὲ καὶ, ὅτι ἑκάτερον ἔχει ἀγαθὸν q (τὸ) εἶδος τῆς ῥητορείας· καθάπερ (γὰρ) καὶ ἐν τοῖς μεθοδικοῖς εἴρηται, καὶ ἐν τούτοις ὁμοίως ἔχει. Ὁ μὲν οὖν Ἀριστοτέλης ὑπὲρ ἑαυτοῦ γέγραφε, μαρτυρόμενος διαῤῥήδην, ὅτι τὰς ῥητορικὰς τέχνας συνετάξατο πρεσβύτερος ὢν ἤδη καὶ τὰς κρατίστας συντάξεις προεκδεδωκώς. ταῦτ᾽ ἔστιν, ἐξ ὧν, r ὃ προειλόμην ποιῆσαι φανερὸν, ὅτι προτεροῦσιν οἱ τοῦ ῥήτορος ἀγῶνες τῶν τοῦ φιλοσόφου τεχνῶν, s ἱκανῶς ἀποδεδεῖχθαι νομίζω· εἴγε ὁ μὲν εἰκοστὸν καὶ πέμπτον ἔτος ἔχων ἤρξατο πολιτεύεσθαι καὶ δημηγορεῖν, καὶ λόγους εἰς δικαστήρια γράφειν· ὁ δὲ κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους ἔτι

Demoſthenis orationes aliquot Ariſtotelis Rhetorica prio-

nire praeterea aliud quidpiam, et quod illa ſint, vel vniuerſe, vel vt plurimum; illic quidem Syllogiſmus vocatur, hic autem Enthymema. Illud quoque conſtat, ineſſe vtrumque horum in oratorio dicendi genere: nam quemadmodum in *Methodicis* dictum eſt, ita hic quoque ſe res habet.“ De ſe igitur Ariſtoteles ſcribens teſtatur aperte, ſe iam *Rhetoricam* aggreſſum, optimis ante editis libris. Ex quibus clarum facere placuit, habitas prius ab oratore forenſes illas orationes, quam praeceptiones illae Rhetoricae in vulgus apparuerunt; quod nunc ſatis demonſtratum eſſe exiſtimo: ſi quidem ille, cum ageret quintum et viceſimum annum, ad rempublicam ſe contulit, apud populum verba facere coepit, et orationes iudiciis ſcribere; Ariſtoteles vero iis ipſis temporibus cum Platone verſa-

p φανερὸν δ᾽, ὅτι καὶ ἑκάτερον in *Ariſtotelis* exemplaribus.

q Incluſus articulus τὸ additus ex *Ariſtot.* exemplaribus. In iiſdem pro ῥητορείας legitur ῥητορικῆς. Ex iiſdem etiam addita incluſa coniunctio γάρ. *Sylb.*

r Ὁ προειλόμενος in *MS. Reg.* [ὃ a vulgatis abeſt.]

s *Wolfius* ante ἱκανῶς inſerit καί: *Stephanus*, omiſſa coniunctione, verbum νομίζω vertendum cenſet in participium νομίζων. *Sylb*,

t Mo-

συνῶν Πλάτωνι, καὶ διέτριψεν ἕως ἐτῶν ἑπτὰ καὶ τριάκοντα, οὔτε σχολῆς ἡγούμενος, οὔτ' ἰδίαν πεποιηκὼς αἵρεσιν.

η'. Εἰ δέ τις οὕτως ἔσται δύσερις, ὥστε καὶ πρὸς ταῦτα ἀντιλέγειν, ὅτι μὲν ὕστερον ἐγράφησαν αἱ ῥητορικαὶ τέχναι τῶν ἀναλυτικῶν τε καὶ μεθοδικῶν καὶ τοπικῶν, ὁμολογῶν, ἀληθὲς εἶναι, οὐδὲν δὲ κωλύειν λέγων, ἁπάσας ταύτας κατεσκευακέναι τὸν Φιλόσοφον τὰς πραγματείας, ἔτι παιδευόμενον παρὰ Πλάτωνι, ψυχρὰν μὲν καὶ ἀπίθανον ἐπιχείρησιν εἰσάγων, βιαζόμενος δὲ τὸ [t] κακουργότατον τῶν ἐπιχειρημάτων ποιεῖν πιθανώτατον, ὅτι καὶ τὸ μὴ εἰκὸς γίνεταί ποτε εἰκός. ἀφεὶς, ἃ πρὸς ταῦτα λέγειν εἶχον, ἐπὶ τὰς αὐτοῦ τρέψομαι τοῦ Φιλοσόφου μαρτυρίας, ἃς ἐν τῇ τρίτῃ βίβλῳ τέθεικε τῶν τεχνῶν, περὶ τῆς μεταφορᾶς κατὰ λέξιν οὕτω γράφων· [u] „Τῶν δὲ μεταφορῶν τεττάρων οὐσῶν, εὐδοκιμοῦσι μάλιστα αἱ κατὰ ἀναλογίαν· ὡς Περικλῆς ἔφη, τὴν νεότητα, τὴν ἀπολομένην ἐν τῷ πολέμῳ, οὕτως

verſabatur ad annum vſque triceſimum ſeptimum, neque ludum aperiens, neque propriam ſectam conſtituens.

res eſſe monſtrat:

VIII. At ſi quis pertinaciter contendat, et adhuc repugnans, fateatur quidem, poſt *Analyticos* et *Methodicos* et *Topicos* conſcriptos eſſe *Rhetoricorum libros*, nihil tamen impedire dicat, quo minus philoſophus eos omnes conſcripſerit, dum Platoni adhuc operam daret, frigidum ſane et incredibile adferens argumentum; conatus, quod eſt inopinatum, reddere probabile; quia, quod veriſimile non eſt, quandoque veriſimile fit. Eſt, quod reſpondeam; ſed ſilentio praetereo, meque refero ad ipſius philoſophi teſtimonia e *libro Rhetoricorum tertio* allata; vbi, de translatione agens, haec ad verbum ſcribit: „Translationum quatuor genera cum ſint, praeſtantiores ſunt eae, quae per Analogiam fiunt: quemadmodum Pericles dixit, iuuentutem bello adeo abſumtam vrbi periiſſe,

Ex Ariſtotelis hac de re teſtimonio.

t *Morellii* et *Wolfii* margo habet πανουργότατον: conuenientius. *Sylb.*

u Exſtat hic locus *Rhetoricorum* l. 3. c. 10.

x Mo-

ἠφανίσθαι ἐκ τῆς πόλεως, ὥσπερ εἴ τις τὸ ἔαρ ἐκ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐξέλοι· καὶ Λεπτίνης περὶ Λακεδαιμονίων, οὐκ ἐᾶν περιϊδεῖν τὴν Ἑλλάδα ἑτερόφθαλμον [x] γενομένην· καὶ Κηφισόδοτος, σπουδάζοντος Χάρητος εὐθύνας δοῦναι [y] (τοῦ) περὶ τὸν Ὀλυνθιακὸν πόλεμον, ἠγανάκτει, φάσκων, εἰς πνῖγμα τὸν δῆμον [z] ἀγαγόντα, τὰς εὐθύνας πειρᾶσθαι διδόναι οὕτως.

θ'. Εἰ μὲν δὴ σαφῶς αὐτὸς ὁ φιλόσοφος ἀποδεικνύει μετὰ τὸν Ὀλυνθιακὸν πόλεμον γεγραμμένας ὑπ' αὐτοῦ τὰς τέχνας, [a] οὗτος δ' ἐπὶ Καλλιμάχου γέγονεν ἄρχοντος, ὡς δηλοῖ Φιλόχορος ἐν ἕκτῃ βίβλῳ τῆς Ἀτθίδος, κατὰ λέξιν οὕτω γράφων· „Καλλίμαχος Περγασῆθεν. Ἐπὶ τούτου Ὀλυνθίοις, πολεμουμένοις ὑπὸ Φιλίππου, καὶ πρέσβεις Ἀθήναζε πέμψασιν, οἱ Ἀθηναῖοι συμμαχίαν τε ἐποιήσαντο καὶ βοήθειαν ἔπεμψαν, πελταστὰς [b] (μὲν) δισχιλίους, τριήρεις δὲ τριάκοντα τὰς

iiſſe, vt ſi quis ver ex anno ſuſtulerit: et Leptines de Lacedaemoniis, non ferendum Graeciam altero lumine orbatam: et Cephiſodotus, ſtudente Charete rationes reddere belli Olynthiaci, grauiter ferens dixit, populo in furnum coacto, conari rationes referre."

Rhetoricen ſuam quando ſcripſerit Ariſtoteles, fuſius oſtendit.

IX. Clare itaque demonſtrat vel ipſe philoſophus, poſt bellum Olynthiacum ſcriptos eſſe *Rhetoricorum libros:* quod bellum geſtum eſſe Callimacho Athenis Praetore Philochorus teſtatur *libro ſexto rerum Atticarum*, ſic ſcribens: „Callimachus Pergaſaeus. Sub hoc Olynthiis bello preſſis a Philippo, et legatis Athenas miſſis, Athenienſes ſocietatem inierunt, et auxilio miſerunt pedites bis mille, triremes vero triginta, quae Chare-

x *Morellius* et *Wolfius* malint γινομένην. *Sylb.*

y Pro incluſo τοῦ *Wolfii* margo reponit plur. τῶν. *Ariſtotelis* exemplaria neutrum agnoſcunt. *Sylb.*

z *Ariſtotelis* exemplaria pro ἀγαγόντα habent ἔχοντα: et mox δοῦναι pro διδόναι οὕτως. *Sylb.*

a *Wolfius* pro οὗτος habet τοῦτο: minus recte. *Sylb.*

b Incluſa μὲν addita ex *Wolfii* editione. *Sylb.*

c *Mo-*

μετὰ Χάρητος, ἃς καὶ συνεπλήρωσαν.“ Ἔπειτα διεξελθὼν ὀλίγα τὰ μεταξὺ γενόμενα, τίθησι ταυτί· „Περὶ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον Χαλκιδέων, τῶν ἐπὶ Θρᾴκης, θλιβομένων τῷ πολέμῳ, καὶ πρεσβευσαμένων Ἀθήναζε, Χαρίδημον αὐτοῖς ἔπεμψαν οἱ Ἀθηναῖοι τὸν ἐν Ἑλλησπόντῳ στρατηγόν· ὃς ἔχων ὀκτωκαίδεκα τριήρεις καὶ πελταστὰς τετρακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν, ἦλθεν εἴς τε Παλλήνην καὶ τὴν Βοττιαίαν μετ' Ὀλυνθίων, καὶ τὴν χώραν ἐπόρθησεν.“ Ἔπειθ' ὑπὲρ τῆς τρίτης συμμαχίας λέγει ταυτί· „Πάλιν δὲ τῶν Ὀλυνθίων πρέσβεις ἀποστειλάντων εἰς τὰς Ἀθήνας, καὶ δεομένων, μὴ περιϊδεῖν αὐτοὺς καταπολεμηθέντας, ἀλλὰ πρὸς ταῖς ὑπαρχούσαις δυνάμεσι πέμψαι βοήθειαν, μὴ ξενικὴν, ἀλλ' αὐτῶν Ἀθηναίων, ἔπεμψεν αὐτοῖς ὁ δῆμος τριήρεις μὲν ἑτέρας ἑπτακαίδεκα, τῶν δὲ πολιτῶν ὁπλίτας δισχιλίους καὶ ἱππεῖς τριακοσίους, ἐν ναυσὶν ἱππηγοῖς, στρατηγὸν δὲ Χάρητα τοῦ στόλου παντός.

ί. Ἀπόχρη μὲν οὖν καὶ ταῦτα ῥηθέντα φανερὰν ποιῆσαι τὴν φιλοτιμίαν τῶν ἀξιούντων, τὰς Ἀριστοτέλους

Chareti parebant, quas et impleuerunt militibus.“ Poſt vero paucis, quae interea geſta ſunt, interiectis, haec addit: „Eodem ipſo tempore Chalcidenſibus in Thracia bello oppreſſis, miſſisque Athenas legatis, miſerunt Athenienſes Charidemum, Helleſponti ducem; qui octodecim triremes et militum quatuor millia, equites vero centum et quinquaginta decem, auxilium tulit in Pallenen et Bottiaeam cum Olynthiis, et regionem omnem diripuit.“ Mox de tertia belli ſocietate ſic ait: „Miſſis iterum ab Olynthiis Athenas legatis, qui rogarent, ne bello oppugnantes contemnerent, ſed auxilium praeter eas copias, quas haberent, mitterent, non ex peregrinis militibus, ſed ciuibus Athenienſibus: miſit ad eos populus alias triremes ſeptendecim, ciuium vero armatorum millia duo, equiteſque trecentos hippaginibus impoſitos; Charetem vero claſſi praeficiunt.“

X. Haec ſatis dicta ſint, quibus gloriae cupiditas detegatur eorum, qui aſſerunt, ab *Ariſtotelis Rhetoricis* mutuatum eſſe

Demoſthenis orationes

ἐζηλωκέναι τέχνας τὸν Δημοσθένη, ὃς ἤδη τέσσαρας μὲν ἔτυχεν εἰρηκὼς δημηγορίας Φιλιππικάς, τρεῖς δὲ Ἑλληνικάς. περὶ δὲ ε΄ λόγους δημοσίους εἰς δικαστήρια [c] γεγραφώς, οὓς οὐδεὶς ἂν ἔχοι διαβαλεῖν, ὡς εὐτελεῖς τινας καὶ φαύλας, καὶ μηδὲν ἐπιφαίνοντας τεχνικὸν, ἐπειδὴ πρὸ τῶν Ἀριστοτέλους συνετάχθησαν τεχνῶν. οὐ μὴν ἔγωγε μέχρι τούτου προελθὼν, στήσομαι, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους αὐτοῦ λόγους μάλιστ' εὐδοκιμοῦντας ἐπιδείξω, τούς τε δημηγορικοὺς καὶ τοὺς δικανικοὺς, πρότερον ἀπηγγελμένους τῆς ἐκδόσεως τούτων τῶν τεχνῶν, μάρτυρι πάλιν αὐτῷ χρώμενος Ἀριστοτέλει. μετὰ γὰρ ἄρχοντα Καλλίμαχον, ἐφ' οὗ τὰς εἰς Ὄλυνθον βοηθείας ἀπέστειλαν Ἀθηναῖοι πεισθέντες ὑπὸ Δημοσθένους, Θεόφιλός ἐστιν ἄρχων, καθ' ὃν ἐκράτησε τῆς Ὀλυνθίων πόλεως Φίλιππος. ἔπειτα Θεμιστοκλῆς, ἐφ' οὗ τὴν [d] ἕκτην τῶν κατὰ Φιλίππου δημηγοριῶν ἀπήγγειλε Δημοσθένης, περὶ τῆς φυλακῆς

Ariſtotelis Rhetoricam praeceſſiſſe, vlterius probat.

eſſe Demoſthenem, qui quatuor iam orationes *Philippicas* antea habuerat, tres vero *de rebus Graeciae.* Declarant et orationes, quas iudiciis ſcripſit, quaſque iure nemo queat reprehendere, tanquam leues et falſas, nihilque artificii continentes: quandoquidem ante *Rhetoricos libros* ſcriptae omnes ſunt. Verum enim vero hucuſque progreſſus nondum tamen conquieſcam, quin et alias orationes, quae ipſae maxime probantur in vulgus, deinceps oſtendam, partim deliberatorias, partim iudiciales, ſcriptas habitaſque, antequam *Rhetoricos* ederet *libros*, eodem ipſo philoſopho in teſtimonium adducto. Poſt Callimachum enim, quo Archonte Olynthiis, auctore Demoſthene, Athenienſes auxilium miſerunt, Praetor creatus eſt Theophilus, ſub quo Olyntho potitus eſt Philippus. Dein Themiſtocle Praetore Demoſthenes *quintam in Philippum* dixit, de inſulanorum cuſtodia, et vrbium Helleſponti, cuius

c *Morellii* et *Wolfii* margo habet γέγραφεν. ſed ne ſic quidem plana ſiunt omnia. *Sylb.*

d *Wolfii* et *Morellii* margo pro ἕκτην habet πέμπτην. *Sylb.* quo modo legendum eſſe monuit *Schottus*, in *Vitis Parallelis,* Olymp. CVIII. an. II. et III.

e Pro

τῶν νησιατῶν καὶ τῶν ἐν Ἑλλησπόντῳ πόλεων, ἧς ἐστιν ἀρχή· „Ἃ μὲν ἡμεῖς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δεδυνήμεθα εὑρεῖν, ταῦτ' ἐστι." Μετὰ δὲ Θεμιστοκλέα Ἀρχίας, ἐφ' οὗ παραινεῖ τοῖς Ἀθηναίοις, μὴ κωλύειν Φίλιππον τῆς Ἀμφικτυονίας μετέχειν, μηδ' ἀφορμὴν διδόναι πολέμου, νεωστὶ πεποιημένους τὴν πρὸς αὐτὸν εἰρήνην. ἀρχὴ [e] δὲ ταύτης τῆς δημηγορίας ἐστὶν ἥδε· „Ὁρῶ μέν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὰ παρόντα πράγματα." Μετὰ δ' Ἀρχίαν ἐστὶν Εὔβουλος, εἶτα Λυκίσκος, ἐφ' οὗ τὴν ἑβδόμην τῶν Φιλιππικῶν δημηγοριῶν διέθετο πρὸς τὰς ἐκ Πελοποννήσου πρεσβείας, ταύτην τὴν ἀρχὴν ποιησάμενος· „Ὅταν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, λόγοι γίγνωνται." Μετὰ Λυκίσκον ἐστὶν ἄρχων Πυθόδοτος, ἐφ' οὗ τὴν ὀγδόην τῶν Φιλιππικῶν δημηγοριῶν διέθετο πρὸς τοὺς Φιλίππου πρέσβεις, ἧς ἐστιν ἀρχή· „Ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, οὐκ ἔστιν, ὅπως αἱ αἰτίαι." Καὶ τὸν κατ' Αἰσχίνου συνετάξατο λόγον, ὅτε τὰς εὐθύνας ἐδίδου τῆς δευτέρας πρεσβείας τῆς ἐπὶ τοὺς ὅρκους. Μετὰ Πυθόδοτόν ἐστι Σωσιγένης, ἐφ' οὗ τὴν ἐννάτην διελήλυθε κατὰ Φιλίππου δημη-

ius orationis hoc initium eſt: Ἃ μὲν ἡμεῖς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δεδυνήμεθα εὑρεῖν, ταῦτ' ἐστι. Poſt Themiſtoclem praetor Athenis Archias: quo tempore ſuaſit Athenienſibus, non impedire Philippum Amphictyonia vti, neque belli cauſam vt praebeant, nuper inita pace. Principium tale eſt: Ὁρῶ μέν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὰ παρόντα πράγματα πολλὴν δυσκολίαν ἔχοντα καὶ ταραχήν. Archiae vero ſucceſſit Eubulus: huic Lyciſcus, ſub quo *ſextam* habuit *Philippicam* ad Peloponneſiacas legationes, ſic ducto initio: Ὅταν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, λόγοι γίγνωνται. Lyciſci Praeturam excepit Pythodotus, quo Praetore *ſeptimam* habuit *Philippicam* ad legatos Philippi, quae ſic incipit: Ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, οὐκ ἔστιν, ὅπως αἰτίαι. Alteram item *contra Aeſchinem* habuit, cum rationem redderet ſecundae legationis, ad foedera ineunda. Pythodoto ſucceſſit Soſigenes: ſub quo *octauam* dixit *in Philippum*, de militibus Cherſoneſi, ne externorum

e Pro καὶ [quod vulgatae dant] malim δὲ, contra exemplarium conſenſum. *Sylb.*

γορίαν, περὶ τῶν ἐν Χεῤῥονήσῳ στρατιωτῶν, ἵνα μὴ διαλυθῇ τὸ μετὰ Διοπείθους ξενικὸν, ἀρχὴν ἔχουσα ταύτην· “Ἔδει μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοὺς λέγοντας ἅπαντας ἐν ὑμῖν μήτε πρὸς ἔχθραν ποιεῖσθαι λόγον μηδένα, μήτε πρὸς χάριν.“ Καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν ἄρχοντα τὴν δεκάτην, ἐν ᾗ πειρᾶται διδάσκειν, ὅτι λύει τὴν εἰρήνην Φίλιππος, καὶ πρότερος ἐκφέρει τὸν πόλεμον, ἧς ἐστιν ἀρχή· „Πολλῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, λόγων γινομένων ὀλίγου δεῖν καθ᾽ ἑκάστην ἐκκλησίαν.“ Μετὰ Σωσιγένην ἄρχων ἐστὶ Νικόμαχος, ἐφ᾽ οὗ τὴν ἑνδεκάτην δημηγορίαν διελήλυθε, περὶ τοῦ λελυκέναι τὴν εἰρήνην Φίλιππον, καὶ τοὺς Ἀθηναίους πείθει Βυζαντίοις ἀποστεῖλαι βοήθειαν, ἧς ἐστιν ἀρχή· „Καὶ σπουδαῖα νομίζων, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, περὶ ὧν βουλεύεσθε, καὶ ἀναγκαῖα τῇ πόλει, πειράσομαι περὶ αὐτῶν εἰπεῖν.“ Ἐπὶ Νικομάχῳ Θεόφραστος ἄρχων, ἐφ᾽ οὗ πείθει τοὺς Ἀθηναίους γενναίως ὑπομεῖναι τὸν πόλεμον, ὡς κατηγγελκότος [f] αὐτὸν ἤδη Φιλίππου. καὶ ἔστιν αὕτη τελευταία τῶν κατὰ Φιλίππου δημηγοριῶν,

norum exercitus dimitteretur, qui ſub Diopithe merebant. Tale autem initium habet: Ἔδει μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοὺς λέγοντας ἅπαντας ἐν ὑμῖν μήτε πρὸς ἔχθραν ποιεῖσθαι λόγον μηδένα, μήτε πρὸς χάριν. Eodem Praetore et *nonam* habuit: qua docere conatur, ſoluere Philippum pacis foedera, primumque inferre bellum: quae incipit: Πολλῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, λόγων γινομένων ὀλίγου δεῖν καθ᾽ ἑκάστην ἐκκλησίαν. Poſt Soſigenem Archon fuit Nicomachus, quo Archonte *decimam* habuit, de pace à Philippo rupta; ſuadetque Athenienſibus, mature auxilium Byzantinis mittere: quae oratio ſic inchoatur: Καὶ σπουδαῖα νομίζων, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, περὶ ὧν βουλεύεσθε, καὶ ἀναγκαῖα τῇ πόλει πειράσομαι περὶ αὐτῶν εἰπεῖν. Poſt Nicomachum Theophraſtus Praetor fuit: ſub quo Athenienſibus ſuadet fortiter bellum, quod indixerit Philippus, ſuſtinere. Eſtque *Philippicarum orationum poſtrema,* cuius

f Αὐτὸν refertur ad τὸν πόλεμον. *Morellii* et *Wolfii* margo mauult reciprocum αὑτὸν, *ſeipſum:* ſubaudito ſcilicet πολέμιον, *hoſtem. Sylb.*

g Ex-

ἀρχὴν ἔχουσα ταύτην· „Ὅτι μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, Φίλιππος οὐκ ἐποιήσατο τὴν εἰρήνην πρὸς ὑμᾶς, ἀλλ' ἀνεβάλετο τὸν πόλεμον, πᾶσιν ὑμῖν Φανερὸν γέγονεν.“

ια'. Ὅτι δὲ δώδεκα τούτους ἅπαντας τοὺς λόγους, οὓς κατηρίθμημαι, πρὸ τῆς ἐκδόσεως τῶν Ἀριστοτέλους τεχνῶν ἀπήγγειλεν ὁ Δημοσθένης, αὐτὸν Ἀριστοτέλη παρέξομαι μαρτυροῦντα. ἀρξάμενος γὰρ ἐν τῇ δευτέρᾳ βίβλῳ τῶν τεχνῶν τοὺς τόπους ὁρίζειν, ἀφ' ὧν τὰ ἐνθυμήματα Φέρεται, καὶ τὸν ἐκ τοῦ χρόνου παραλαμβάνει, παρατιθεὶς αὐτῷ τὰ παραδείγματα. θήσω δ' αὐτὴν τὴν τοῦ Φιλοσόφου λέξιν· „Ἄλλος [g] εἰς τὸν χρόνον σκοπεῖ· οἷον, ὡς Ἰφικράτης ἐν τῇ πρὸς Ἁρμόδιον, ὅτι, Εἰ, πρὶν ποιῆσαι, ἠξίουν τῆς εἰκόνος τυχεῖν, ἐὰν ποιήσω, ἔδοτε ἄν· ποιήσαντι δ' [h] (ἄρ') οὐ δώσετε; μὴ τοίνυν [i] μέλλοντες μὲν, ὑπισχνεῖσθε· παθόντες δ', ἀφαιρεῖ-

cuius initium eſt: Ὅτι μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, Φίλιππος οὐκ ἐποιήσατο τὴν εἰρήνην πρὸς ὑμᾶς, ἀλλ' ἀνεβάλετο τὸν πόλεμον, πᾶσιν ὑμῖν φανερὸν γέγονεν.

XI. Has autem vndecim orationes, quas ordine recenſui, ante editionem *Rhetoricorum Ariſtotelis* habuiſſe Demoſthenem, vel ipſum philoſophum teſtem laudare poſſum. *Libro* enim *Rhetoricorum ſecundo*, cum locos definire inciperet, è quibus enthymemata ducuntur, locum à tempore complectitur, additis etiam exemplis. Sed verba ipſius adſcribam: „Alius locus eſt incipere, an in ipſo tempore aliquid erui poſſit; vt Iphicrates in oratione *aduerſus Harmodium:* Si, antequam haec gererem, ſtatuam mihi poſtulaſſem, ſi ea geſſiſſem, certe decreuiſſetis: nunc confectis rebus, eam denegabitis? Nolite igitur committere, vt, quod facile polliciti eſſetis, cum à me beneficium exſpectabatis, id nunc beneficio affecti dene-

Ex ipſius etiam Ariſtotelis teſtimonio.

g Exſtat locus l. 2. c. 24. vbi legitur ἐκ τοῦ τὸν χρόνον σκοπεῖν.

h Incluſa ἄρ' addita ex vulgatis *Ariſtotelis* exemplaribus. *Sylb.*

i *Wolfii* editio habet μέλλοντος: verſio tamen eiuſdem agnoſcit vulgatum μέλλοντες, acce-

σθε. καὶ πάλιν, πρὸς τὸ διὰ Θηβαίων διϊέναι Φίλιππον εἰς τὴν Ἀττικὴν, ὅτι, Εἰ, πρὶν βοηθῆσαι Φωκεῖς, ἠξίου, ὑπέσχοντο ἄν· ἄτοπον οὖν, „εἰ, διότι προεῖτο καὶ [k] διέσπευσεν, μὴ δώσουσιν.“ Ὁ δὲ χρόνος οὗτος, ἐν ᾧ Φίλιππος ἠξίου Θηβαίους ἐπὶ τὴν Ἀττικὴν αὐτῷ δοῦναι δίοδον, ὑπερμιμνήσκων τῆς ἐν τῷ πρὸς Φωκεῖς πολέμῳ γενομένης βοηθείας, ἐκ τῆς κοινῆς γίνεται φανερὸς ἱστορίας. εἶχε γὰρ οὕτως. Μετὰ τὴν Ὀλυνθίων ἅλωσιν, ἄρχοντος Θεμιστοκλέους, συνθῆκαι Φιλίππῳ πρὸς Ἀθηναίους ἐγένοντο περὶ φιλίας καὶ συμμαχίας. αὗται διέμειναν ἑπταετῆ χρόνον ἄχρι Νικομάχου· ἐπὶ δὲ Θεοφράστου, τοῦ μετὰ Νικόμαχον ἄρξαντος, ἐλύθησαν, Ἀθηναίων μὲν Φίλιππον αἰτιωμένων ἄρχειν τοῦ πολέμου, Φιλίππου δ᾽ Ἀθηναίοις ἐγκαλοῦντος. τὰς δ᾽ αἰτίας, δι᾽

denegetis. Et rurſus, ſi quis ſuadeat Thebanis, vt Philippo per fines ſuos iter in Atticam concedant: Nam ſi hoc petiiſſet, priusquam iis aduerſus Phocenſes auxilium ferret, certe promiſiſſent: valde igitur abſurdum eſt, ſi, quia prior eos beneficio prouocauit, fidemque eorum ſecutus eſt, nunc iter ei denegabunt“. Temporis vero huius ratio, quo Philippus volebat Thebanos dare ſibi tranſitum Athenas, facta mentione auxilii bello Phocenſi miſſi, ex edita hiſtoria clareſcit. Res enim ita geſta eſt. Capta Olynthiorum vrbe, Praetore Themiſtocle, pactum iniit Philippus amicitiae ſocietatisque cum Athenienſibus. Haec foedera ſeptem quidem annos durarunt, ad Nicomachi vsque Praeturam: tempore vero Theophraſti, qui poſt Nicomachum Archon fuit, rupta ſunt; Athenienſibus cum Philippo expoſtulantibus, quod bellum ipſe mouiſſet: Philippus contra de Athenienſibus querebatur. Cauſas

accepturi beneficium. Morellii margo, itidemque margo *Wolfii*, poſt hoc ipſum μέλλοντες μὲν addit εὖ πάσχειν. quod in verſione expreſſit idem *Wolf.* Pag. 740. v. 1. *Ariſtot.* exemplaria habent πρὸς τὸ Θηβαίους Φίλιππον διϊέναι εἰς τὴν Ἀττ. v. 2. *Ariſtotelis* exemplaria habent βοηθῆσαι εἰς Φωκεῖς: pro quo *Dionyſ.* paulo poſt, v. 6. dicit πρὸς Φωκεῖς, *aduerſum Phocenſes. Sylb.*

k Ariſtot. exemplaria pro διέσπευσεν habent ἐπίστευσε, et mox δώσουσι pro δώσουσι. *Sylb.*

l Ἀλαι-

ἃς εἰς τὸν πόλεμον κατέστησαν, ἀδικεῖσθαι λέγοντες ἀμφότεροι, καὶ τὸν χρόνον, ἐν ᾧ τὴν εἰρήνην ἔλυσαν, ἀκριβῶς δηλοῖ Φιλόχορος ἐν τῇ ἕκτῃ Ἀτθίδος βίβλῳ. θήσω δ' ἐξ αὐτῆς τὰ ἀναγκαιότατα· "Θεόφραστος [l] Ἀλλαιεύς. ἐπὶ τούτου Φίλιππος τὸ μὲν πρῶτον ἀναπλεύσας, Περίνθῳ προσέβαλεν· ἀποτυχὼν δ' ἐντεῦθεν Βυζάντιον ἐπολιόρκει, καὶ μηχανήματα προσῆγεν." Ἔπειτα διεξελθὼν, ὅσα τοῖς Ἀθηναίοις ὁ Φίλιππος ἐνεκάλει διὰ τῆς ἐπιστολῆς, καὶ Δημοσθένους παρακαλέσαντος [m] αὐτοὺς πρὸς τὸν πόλεμον καὶ ψηφίσματα γράψαντος, ἐχειροτόνησε, „Τὴν μὲν στήλην καθελεῖν τὴν περὶ τῆς πρὸς Φίλιππον εἰρήνης καὶ συμμαχίας σταθεῖσαν, ναῦς δὲ πληροῦν, καὶ τὰ ἄλλα ἐνεργεῖν τὰ τοῦ πολέμου." Ταῦτα γράψας κατὰ Θεόφραστον ἄρχοντα

ſas vero, ob quas ad arma ventum eſt, cum vtrique iniurias ſibi illatas eſſe dicerent, atque tempus, quo pax ſoluta eſt, Philochorus accurate refert, *rerum Atticarum libro ſexto:* cuius ea potiſſimum hîc adferam, quae ad rem praeſentem maxime pertinere videbuntur: „Theophraſtus Allaeenſis. Sub hoc Philippus prima expeditione irruit in Perinthum. Cumque non ſatis ſucceſſiſſet ex ſententia, hinc Byzantium obſedit, machinasque admouit". Poſt vero narratis rebus, ob quas Philippus Athenienſes per epiſtolam accuſabat, et Demoſthene ad bellum hortante, et decreta ſcribente, populum ſciuiſſe, inquit, „Columnam deiiciendam, quae de pace et ſocietate cum Philippo inita poſita eſſet, naues vero implendas, parandaque ea, quae ad bellum neceſſaria eſſent". Haec autem geſta Theophraſto praetore narrat: mox ſubiicit, quae in ſequenti anno

l Ἀλλαιεὺς legendum eſſe docent *Mauſſacus* ad *Harpocr.* v. Ἀλαιεὺς, et *Holſtenius* ad *Steph. Byzant.* v. Ἀλαί. Vide etiam *Meurſii* Atticam Reliquam, lib. I. pag. 7.

m *Steph.* et *Morellius* habent αὐτόν: ego cum *Wolfio* malui plurale αὐτοὺς, *Athenienſes* videlicet. Idem *Wolf.* ſeq. v. ad explendam ſententiam legit: ἐχειροτόνησε Δημοσθένης, φησὶ, τὴν μὲν στήλ. Ego hanc lectionem malim: καὶ ὡς Δημοσθένους παρακαλέσαντος αὐτοὺς πρὸς τὸν πόλεμον, καὶ ψηφίσματα γράψαντος, ἐχειροτόνησεν ὁ δῆμος, τὴν μὲν στήλ. *Sylb.*

γεγονέναι, τῷ μετ' ἐκεῖνον ἐν αὐτῷ τὰ πραχθέντα μετὰ τὴν λύσιν τῆς εἰρήνης ἐπὶ Λυσιμαχίδου ἄρχοντος διεξέρχεται. θήσω δὲ καὶ τούτων αὐτῶν τὰ ἀναγκαιότατα: „Λυσιμαχίδης Ἀχαρνεύς. ἐπὶ τούτου τὰ μὲν ἔργα τὰ περὶ τοὺς νεωσοίκους καὶ τὴν σκευοθήκην ἀνεβάλοντο διὰ τὸν πόλεμον τὸν πρὸς Φίλιππον· τὰ δὲ χρήματ' ἐψηφίσαντο πάντ' εἶναι στρατιωτικά, Δημοσθένους γράψαντος. Φιλίππου δὲ καταλαβόντος Ἐλάτειαν καὶ Κυτίνιον, καὶ πρέσβεις [n] πέμψαντος εἰς Θήβας Θετταλῶν, Αἰνιάνων, Αἰτωλῶν, Δολόπων, Φθιωτῶν· Ἀθηναίων δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον πρέσβεις ἀποστειλάντων τοὺς περὶ Δημοσθένη, τούτοις συμμαχεῖν ἐψηφίσατο.“ Φανεροῦ δὲ γεγονότος τοῦ χρόνου, καθ' ὃν εἰσῆλθον εἰς Θήβας [o] οἵ τ' Ἀθηναίων πρέσβεις οἱ περὶ Δημοσθένη, καὶ οἱ παρὰ Φιλίππου, ὅτι κατὰ Λυσιμαχίδην ἄρχοντα πίπτει, παρεσκευασμένων ἤδη τὰ πρὸς τὸν πόλεμον ἀμφοτέρων, αὐτὸς ὁ Δημοσθένης ποιήσει φανερὸν ἐν τῷ περὶ στεφάνου.

anno contigerunt, rupta pace Lyſimachide Archonte. Apponam et huius loci maxime neceſſaria: „Lyſimachides Acharnenſis. Sub hoc naualium opus et armamentarium intermiſſa ſunt, ob bellum cum Philippo exortum: pecunias vero omnes decreuerunt militiae impendi, rogationem perferente Demoſthene. Philippus vero Elateam cepit, et Cytinium, miſſisque ad Thebanos legatis Theſſalorum, Aenianorum, Aetolorum, Dolopum, et Phthiotarum; Athenienſes vero eodem tempore cum legatum illis miſiſſent Demoſthenem, decreuerunt ſocietatem inire“. Tempore iam patefacto, quo Thebas Athenienſium legati, ſocii Demoſthenis, peruenerunt, Philippi item legati, quod tempus in Lyſimachidae Praeturam incidit, paratisque iam ab vtrisque rebus omnibus, quae ad bellum opus forent, idem Demoſthenes oſtendit, in ea, quae *de* *Coro-*

n Malit fortaſſe aliquis πεμψάντων: ſed a Philippo miſſos eſſe legatos hoſce, indicant ſequentia, v. 14. et p. 743. v. 11. et p. 744. v. 7. *Sylb.*

o *Morellius* habet οἱ τῶν Ἀθηναίων πρέσβεις. *Sylb.*

p Ὑμῶν

θήσω δ' ἐξ αὐτῆς λαβὼν τῆς ἐκείνȣ λέξεως τὰ συντείνοντα πρὸς τὸ πρᾶγμα· „Οὕτω διαθεὶς ὁ Φίλιππος τὰς πόλεις πρὸς ἀλλήλας διὰ τȣ́των, καὶ τȣ́τοις ἐπαρθεὶς τοῖς ψηφίσμασι καὶ ταῖς ἀποκρίσεσιν, ἧκεν ἔχων τὴν δύναμιν, καὶ τὴν Ἐλάτειαν κατέλαβεν, ὡς ȣ̓δ', ἂν, εἴ τι γένοιτο, ἔτι συμπνευσόντων [p] ἡμῶν ἂν καὶ τῶν Θηβαίων.“ Ἀλλὰ μὴν τὰ τότε συμβάντα διεξελθὼν, διεξελθὼν δὲ καὶ τȣ̀ς ῥηθέντας ὑφ' ἑαυτȣ̃ λόγȣς ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας, καὶ ὡς πρεσβευτὴς ὑπ' Ἀθηναίων εἰς Θήβας ἐπέμφθη, ταῦτα κατὰ λέξιν ἐπιτίθησιν· „Ὡς δ' ἀφικόμεθα εἰς τὰς Θήβας, κατελαμβάνομεν Φιλίππȣ καὶ Θετταλῶν καὶ τῶν ἄλλων συμμάχων παρόντας πρέσβεις, καὶ τȣ̀ς μὲν ἡμετέρȣς φίλȣς ἐν φόβῳ, τȣ̀ς δ' ἐκείνȣ θρασεῖς.“ Ἔπειτ' ἐπιστολήν τινα κελεύσας ἀναγνωσθῆναι, ταῦτ' ἐπιτίθησιν· „Ἐπειδὴ τοίνυν ἐποιήσαντο τὴν ἐκκλησίαν, προσῆγον ἐκείνȣς, διὰ τὸ τὴν τῶν συμμάχων τάξιν ἐκείνȣς ἔχειν. καὶ παριόντες ἐδημηγόρȣν, πολλὰ μὲν Φίλιππον ἐγκωμιάζοντες, πολλὰ δ' ὑμῖν ἐγκαλȣ̃ντες, πάνθ', ὅσα πώποτε ἐναντία ἐπρά-

Corona habita ab illo eſt. Recitabo autem, quae huc pertinent: „Ita Philippus, concitatis inter ſe vrbibus, hisque decretis editis et reſponſionibus, aduentauit cum exercitu, et Elateam occupauit; tanquam, etiamſi quid accidiſſet, non iam conſpiraturis vobis et Thebanis‘. Verum relatis iis, quae poſt acciderunt, etiam orationibus, quas pro concione habuit, enumeratis, et legatum ſe miſſum ab Athenienſibus ad Thebanos, haec ad verbum ſcribit: „Simul vero atque Thebas peruenimus, Philippi et Theſſalorum et aliorum ſociorum legatos ibi inuenimus; ac noſtros amicos perterritos, illius confidentes“. Poſt, iuſſa recitari epiſtola, haec addit: „Conuocato igitur populo, priores illos produxerunt; propterea quod illi ſociorum loco habebantur: qui progreſſi concionem habebant, multum Philippum laudantes, ac vos accuſantes; omnia, quaecunque vnquam Thebanis contraria feciſſetis, commemorantes.

p Ὑμῶν in libris vulgatis *Demoſthenis*.

q Poſt

ξατο καλῶς πράττειν τὸ Ἑλληνικόν· ὅπερ Ἕλληνα ὄντα καὶ Ἀθηναῖον οὐκ ἔδει ποιεῖν· καὶ ταῦτα, οὐ τῶν ἀπερριμμένων ὄντα, ἀλλ᾽ ὧν ἐν πρώτοις ἦγον Ἀθηναῖοι, στρατηγιῶν τε καὶ τῶν ἄλλων τιμῶν ἀξιοῦντες· καὶ οὔτε γε φανερῶς, ὥστε καὶ τῇ πόλει τῇ ἑαυτοῦ τὰς φανερὰς αἰτίας τοῦ πολέμου περιάπτειν, ἑτέραις ἔχοντα πολλαῖς ἀφορμαῖς περιάψαι τὰς αἰτίας. καὶ ἄρξασθαί γε τῆς διηγήσεως μὴ ἀπὸ τῶν Κερκυραϊκῶν, ἀλλ᾽ ἀπὸ τῶν κρατίστων τῆς πατρίδος ἔργων, ἃ μετὰ τὸν Περσικὸν πόλεμον εὐθὺς ἔπραξαν· ὧν ὕστερον καὶ ἐν ἐπιτηδείῳ τόπῳ μνήμην ἐποιήσατο φαύλως πως καὶ ἐξ ἐπιδρομῆς. διελθόντα δὲ ταῦτα μετὰ πολλῆς εὐνοίας, ὡς ἄνδρα φιλόπολιν, ἔπειτ᾽ ἐπενεγκεῖν, ὅτι [l] τούτων φθόνῳ καὶ δέει προελθόντες Λακεδαιμόνιοι, προφάσεις ὑποθέντες [m] ἑτέρας, ἦλθον ἐπὶ τὸν πόλεμον· καὶ τότε λέγειν τὰ Κερκυραϊκὰ καὶ τὸ κατὰ Μεγαρέων ψήφισμα, καὶ εἴ

a parum felici et florenti ſtatu rerum Graecarum: quod eum facere (cum et Graecus eſſet et ciuis Athenienſis) non oportebat; et vel maxime, cum non eſſet ex humili et plebeio genere ciuium, ſed ex his, quibus Athenienſes primas deferebant, et quos militari praefectura ac aliis ſummis honoribus dignos cenſebant: neque ita aperte, ut apertiſſime belli cauſas ſuae vrbi adſcriberet; cum alias multas occaſiones haberet, quibus eas attribueret. Ac initium narrationis facere debebat, non à Corcyrenſibus, ſed à praeſtantiſſimis patriae factis, quae ſtatim poſt bellum Perſicum ediderant: quorum deinde tamen in conuenienti loco non ita recte, ſed quaſi curſim, mentionem facit. At cum haec narraſſet, ſumma cum beneuolentia et ſtudio, vt vir amans ciuitatis, deinde inferre debebat, Lacedaemonios, horum inuidia et metu commotos, alias interim cauſas praetendentes, bellum ſuſcepiſſe: ac tum demum Locrenſium res, et contra Megarenſes ſcitum, et ſi qua

l Τούτῳ in *Cod. Reg.*

m In exemplari [et *MS. Reg.*] ἑτέροις. Ego ἑτέρας, à *Stephano* ex aliis codicibus adnotatum, ſequi malui. *Sylb.*

n In

τι ἄλλο τοιοῦτο λέγειν ἐβούλετο. τὰ δὲ τέλη πλείονος ἁμαρτίας πλήρη· καίπερ γὰρ λέγων, ὅτι παντὶ τῷ πολέμῳ παρεγένετο, καὶ πάντα δηλώσειν ὑποσχόμενος, εἰς τὴν ναυμαχίαν τελευτᾷ τὴν περὶ Κυνὸς σῆμα γεγενημένην Ἀθηναίων καὶ Πελοποννησίων, ἣ συνέβη κατὰ ἔτος εἰκοστὸν καὶ δεύτερον. κρεῖττον δ' ἦν, διεξελθόντα τὰ πάντα, τελευτὴν ποιήσασθαι τῆς ἱστορίας τὴν θαυμασιωτάτην καὶ μάλιστα τοῖς ἀκούουσι [n] κεχαρισμένην, τὴν κάθοδον τῶν φυγάδων τῶν ἀπὸ Φυλῆς, ἀφ' ὧν ἡ πόλις ἀρξαμένη τὴν ἐλευθερίαν ἐκομίσατο.

[o] Τρίτον ἐστὶν ἀνδρὸς ἱστορικοῦ, τίνα τε δεῖ παραλαβεῖν ἐπὶ τὴν γραφὴν πράγματα, καὶ τίνα παραλιπεῖν. δοκεῖ δή μοι κἀν τούτῳ λείπεσθαι Θουκυδίδης. συνειδὼς γὰρ Ἡρόδοτος, ὅτι πᾶσα μῆκος ἔχουσα ἀπὸ λόγου διήγησις, ἂν μὲν ἀναπαύσεις τινὰς λαμβάνῃ, τὰς ψυχὰς τῶν ἀκροωμένων ἡδέως διατίθησιν· ἐὰν δ' ἐπὶ τῶν

qua alia voluit, exponere debuit. Fines autem pluribus erroribus ſcatent. quamuis enim dicat, ſe omni bello interfuiſſe, et ſe omnia polliceatur eſſe narraturum: tamen in nauale proelium Athenienſium et Peloponneſiorum, quod prope Cynoſſema geſtum fuit anno XXII. finem facit. Satius vero erat, dum perſequeretur omnia, hiſtoriam terminare admirando et auditoribus gratiſſimo * reditu exſulum à Phyle; qui fuit initium ciuitati recuperandae libertatis.

Tertium munus eſt hiſtorici, conſiderare, quae res illi in hiſtoriam referendae, quae ſilentio praetereundae ſint. qua etiam in re poſtremas mihi partes ferre videtur Thucydides. Nam cum Herodotum non praeteriret, omnem narrationem, quae longitudine quadam ſermonis praedita eſſet, ſi reſpirationes et moras quaſdam reciperet, animos auditorum ſumma ſuauitate perfundere: ſin autem in eodem rerum ſtatu permaneret,

n In margine *Cod. Reg.* κεχαρμένην.

o Poſt τρίτον ἐστὶν ſubaudiendum ſubſtantiuum ἔργον, vt p. 769. v. 10. et p. 773. v. 1. *Sylb.*

* *Phylaſiorum exſulum reditu.*

 p Ἀψευ-

αὐτῶν μένῃ πραγμάτων. κἂν τὰ μάλιστα ἐπιτυγχάνηται, λυπεῖ τὴν ἀκοὴν τῷ κόρῳ· ποικίλην ἐβουλήθη ποιῆσαι τὴν γραφὴν, Ὁμήρου ζηλωτὴς γενόμενος. καὶ γὰρ τὸ βιβλίον ἢν αὐτοῦ λάβωμεν, μέχρι τῆς ἐσχάτης συλλαβῆς ἀγάμεθα, καὶ ἀεὶ τὸ πλεῖον ἐπιζητοῦμεν. Θουκυδίδης δὲ πόλεμον ἕνα καί τινας [p] ἀπνευστὶ διεξέρχεται μάχας ἐπὶ μάχαις, καὶ παρασκευὰς ἐπὶ παρασκευαῖς, καὶ λόγους ἐπὶ λόγοις συντιθείς· ὥστε μοχθεῖν μὲν τὴν διάνοιαν τῶν ἀκροωμένων· [q] „Κόρον δ' ἔχει, φησὶν ὁ Πίνδαρος, καὶ μέλι καὶ τὰ τέρπνα ἀφροδίσια.“ ἤδη δ' ἐγὼ κἀκεῖνο ἐνεθυμήθην, ὡς ἡδὺ χρῆμα ἐν ἱστορίαις γραφῆς μεταβολὴ καὶ ποικίλον· καὶ τοῦτ' ἐν δυο, ἢ τρισὶ τόποις ἐποίησεν, ἐπί τε τῆς Ὀδρυσῶν ἀρχῆς, δι' ἃς αἰτίας ἐγένετο μεγάλη, καὶ ἐπὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ πόλεων.

neret, etiamſi res maxime ſuccederet, auribus tamen quandam ſatietatem parere; Homerum ſecutus, in omnem partem effuſam, ac ſumma varietate conditam efficere voluit ſcriptionem. Libros enim eius cum in manus ſumimus, vſque ad extremam ſyllabam ſuſpicimus, et ſemper neſcio quid magis requirimus. Thucydides autem vnum bellum et aliquot pugnas ſine vlla interſpiratione perſequitur, pugnas pugnis, apparatus belli apparatibus, orationes orationibus congerens; ita vt mens eorum, qui audiunt, laborare cogatur. *Satietatem enim gignit*, ait Pindarus, *et mel et dulces res venereae.* Iam vero et illud in animo meo reputaui, quam iucunda res ſit in hiſtoria ſcriptionis varietas et immutatio: atque hoc in duobus, aut tribus locis fecit, tum in Odryſarum principatu exponendo, quibus de cauſis ad magnam deuenerint poteſtatem; tum in Siciliae vrbibus.

Ad

p Ἀψευστὶ in *Cod. Reg.* In margine ἴσ. ἀπνευστί.

q Apud *Pindarum* (in *Nemeis* Od. VII. v. 78.) ſic ſe habet: —— „κόρον δ' ἔχει καὶ μέλι καὶ τὰ τέρπν' ἄνθε' ἀφροδίσια. atque ita *Dionyſium* ſcripſiſſe ſuſpicor ex veſtigiis corruptae lectionis in *MS. Reg.* καὶ τὰ τερπίθεα ἀφροδίσια.

r Τῶν

Μετὰ τοῦτο, ἔργον ἐστὶν ἱστορικοῦ, διελέσθαι τε καὶ τάξαι τῶν δηλουμένων ἕκαστον ἐν ᾧ δεῖ τόπῳ. πῶς οὖν ἑκάτερος διαιρεῖ τε καὶ τάττει τὰ λεγόμενα; Θουκυδίδης μὲν, τοῖς χρόνοις ἀκολουθῶν, Ἡρόδοτος δὲ, ταῖς περιοχαῖς τῶν πραγμάτων. καὶ γίνεται Θουκυδίδης μὲν ἀσαφὴς καὶ δυσπαρακολούθητος· πολλῶν γὰρ κατὰ τὸ αὐτὸ θέρος καὶ χειμῶνα γιγνομένων ἐν διαφόροις, ὡς εἰκὸς, τόποις, ἡμιτελεῖς τὰς πρώτας πράξεις καταλιπὼν, ἑτέρων ἅπτεται [r] τῶν κατὰ τὸ αὐτὸ θέρος, ἢ χειμῶνα, γιγνομένων. πλανώμεθα δὴ, καθάπερ εἰκὸς, καὶ δυσκόλως τοῖς δηλουμένοις παρακολουθοῦμεν, ταραττομένης τῆς διανοίας. Ἡρόδοτος δὲ, ἀπὸ τῆς Λυδῶν βασιλείας ἀρξάμενος, καὶ μέχρι τῆς Κροίσου καταβὰς, ἐπὶ Κῦρον εὐθέως, τὸν καταλύσαντα τὴν Κροίσου ἀρχὴν, μεταβαίνει· Αἰγυπτίων τ' ἄρχεται διηγημάτων, καὶ Σκυθικῶν, καὶ Λιβυκῶν, τὰ μὲν ὡς ἀκόλουθα δηλῶν, τὰ δὲ ὡς χαριεστέραν ποιήσοντα τὴν διήγησιν ἐπεισάγων. διεξελθών τε πράξεις Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων ἔτεσιν

Ad haec eſt etiam munus hiſtorici, in partes tribuere, et vnumquodque eorum, quae exponuntur, ſuo loco collocare. Quae eſt igitur vtriuſque diſpoſitio? Thucydides tempora ſequitur, Herodotus rerum complexiones. Fit autem Thucydides obſcurus, et cuius ſententiam difficile animo comprehendere poſſis. cum enim multa eadem aeſtate et hyeme in diuerſis (vt fit) locis gererentur, imperfectas primas res geſtas relinquens, alias attingit, quae eadem aeſtate et hyeme geſtae fuerunt. Erramus igitur, quemadmodum par eſt, et ſumma cum difficultate res expoſitas mente iam turbata aſſequimur. Herodotus vero, initium capiens ab imperio Lydorum, et vſque ad Croeſum deſcendens, ad Cyrum confeſtim, qui Croeſi imperium euertit, tranſit: atque deinde res Aegyptiorum, Scytharum, Libycorum, exponere aggreditur, partim propter rerum ſeriem, partim vt iucundiorem redderet narrationem ſuam. Perſequens autem et exponens res geſtas Graecorum et

r τῶν κατὰ θέρος, ἢ τὴν αὐτὴν χειμῶνα in *MS. Reg.*

ὁμοῦ διακοσίοις καὶ εἴκοσι γενομένας ἐν ταῖς τρισὶν ἠπείροις, καὶ παραγράψας τῆς Ξέρξου φυγῆς τὴν ἱστορίαν, οὐ διέσπασε τὴν διήγησιν, ἀλλὰ συμβέβηκε, τῷ μὲν, μίαν ὑπόθεσιν λαβόντι, πολλὰ ποιῆσαι μέρη τὸ ἓν σῶμα· τῷ δὲ, τὰς πολλὰς καὶ οὐδὲν ἐοικυίας ὑποθέσεις προελομένῳ, σύμφωνον ἓν σῶμα πεποιηκέναι.

Μιᾶς δ' ἰδέας [s] ἐπιμνησθήσομαι πραγματικῆς, ἣν οὐδεμιᾶς τῶν εἰρημένων ἧττον ἐν ἁπάσαις ἱστορίαις ζητοῦμεν, τὴν αὐτοῦ τοῦ συγγραφέως διάθεσιν, ᾗ κέχρηται πρὸς τὰ πράγματα, περὶ ὧν γράφει. ἡ μὲν Ἡροδότου διάθεσις ἐν ἅπασιν ἐπιεικὴς, καὶ τοῖς μὲν ἀγαθοῖς συνηδομένη, τοῖς δὲ κακοῖς συναλγοῦσα· ἡ δὲ Θουκυδίδου διάθεσις αὐθέκαστός τις καὶ πικρὰ, καὶ τῇ πατρίδι τῆς φυγῆς μνησικακοῦσα. τὰ μὲν γὰρ ἁμαρτήματα ἐπεξέρχεται καὶ μάλα ἀκριβῶς, τῶν δὲ κατὰ νοῦν κεχωρηκότων καθάπαξ οὐ μέμνηται, ἢ ὥσπερ ἠναγκασμένως.

et barbarorum, quae ducentis et viginti annis geſtae ſunt in tribus continentibus, et fugam Xerxis deſcribens, non diuellit orationem: ſed accidit huic quidem, vt, vno ſumto argumento, vnum corpus multas in partes diducat: illi vero, vt, multis et variis argumentis aſſumtis, vnum corpus ſibi conſentiens faciat.

Vnum * autem genus hiſtoriae negotioſae commemorabo; quod non minus, quam quae recenſuimus, in hiſtoriis requirimus; animum (inquam) ſcribentis, quo in rebus conſcribendis vtitur. Herodoti quidem animus in omnibus lenis et manſuetus eſt; et qui bonis quidem collaetatur, malis vero condolet: Thucydidis vero animus natura ſua quadam rigidus et acerbus eſt, ac patriae exſilii recordatione offenſus. peccata enim accuratiſſime perſequitur: eorum vero, quae ex animi ſententia geſta ſunt, omnino non meminit, aut velut inuitus.
Atque

s Poſſis etiam legere ἔτι μνησθήσομαι. *Sylb.*

* *Vnam adhuc notam in rebus poſitam comm.*

t In

καὶ κατὰ μὲν τὸν πραγματικὸν [t] τύπον ἥττων ἐστὶν Ἡροδότου διὰ ταῦτα Θουκυδίδης· κατὰ δὲ τὸν λεκτικὸν τὰ μὲν ἥττων, τὰ δὲ κρείττων, τὰ δ' ἴσος. ἐρῶ δὲ καὶ περὶ τούτων, ὡς ὑπείληφα.

Πρώτη τῶν ἀρετῶν γένοιτ' ἄν, ἧς χωρὶς οὐδὲν τῶν ἄλλων τῶν περὶ τοὺς λόγους ὄφελος. [u] τίς; ἡ καθαρὰ τοῖς ὀνόμασι καὶ τὸν Ἑλληνικὸν χαρακτῆρα σώζουσα διάλεκτος. ταύτην ἀκριβοῦσιν ἀμφότεροι. Ἡρόδοτός τε γὰρ τῆς Ἰάδος ἄριστος κανών· Θουκυδίδης τε τῆς Ἀτθίδος. [x] τρίτην ἔχει χώραν ἡ καλουμένη συντομία· ἐν ταύτῃ δοκεῖ προέχειν Ἡροδότου Θουκυδίδης. καίτοι λέγοι τις ἄν, ὡς μετὰ τοῦ σαφοῦς ἐξεταζόμενον ἡδὺ φαίνεται τὸ βραχύ· εἰ δ' ἀπολείποιτο τούτου, πικρόν. ἀλλὰ

Atque ob haec in ea parte, quae ad res pertinet, vincitur ab Herodoto Thucydides. In ea vero parte, quae continet elocutionem, alias ſuperior, interdum inferior: in nonnullis etiam aequas partes tenet. Dicam vero etiam de iis, quemadmodum ſentio.

Virtus omnium prima eſt, ſine qua nulla alia eſt orationis vtilitas. Quaenam illa eſt? Sermo purus, proprietatem linguae Graecae retinens. hanc ambo ſtudioſe conſeruant. Herodotus enim Ionicae linguae optima regula eſt; Thucydides vero Atticae. Tertium locum habet breuitas; in qua videtur Thucydides Herodotum antecelluiſſe; quanquam dicere aliquis poſſet, breuitatem iucundam videri, ſi cum perſpicuitate coniuncta et elaborata fuerit: ſin ea caruerit, acerbam et auſteram. verum nihil eſto praeterea. Poſt haec euidentia collo-

t In exemplari [et *MS. Reg.*] τοῦτον: perperam. τύπον vero in hoc loquendi genere ſupra quoque habuimus aliquoties, et pro eodem χαρακτῆρα dicit alibi. Reperitur tamen et τόπου vocabulum in eadem ſignificatione, vt ſupra adnotaui ad p. 3. v. ult. *Sylb.*

u In *MS. Reg.* τίς ἡ; ἡ καθ. etc.

x Secunda dicendi virtus hîc omiſſa eſt, τὸ κυρίοις καὶ κοιναῖς λέξεσι χρῆσθαι: ut ex *Lyſia* videre licet p. 455. v. ult. p. 482. v. 2. et ex *Iſocrate* p. 537. v. pen. *Sylb.*

μηδὲν ἔξω παρὰ τοῦτο. ἐνάργεια μετὰ ταῦτα τέτακται πρώτη μετὰ τῶν ἐπιθέτων ἀρετῶν. ἱκανῶς ἐν ταύτῃ κατορθοῦσιν ἀμφότεροι. μετὰ ταύτην συνίσταται τὴν ἀρετὴν τῶν ἠθῶν τε καὶ παθῶν μίμησις. διῄρηνται τὴν ἀρετὴν ταύτην οἱ συγγραφεῖς. Θουκυδίδης μὲν γὰρ τὰ πάθη δηλῶσαι κρείττων· Ἡρόδοτος δὲ τά γ' ἤθη παραστῆσαι δεινότερος. μετὰ ταῦτα αἱ τὸ μέγα καὶ θαυμαστὸν ἐκφαίνουσαι τῆς κατασκευῆς ἀρεταί. ἴσοι κἀν ταύταις οἱ συγγραφεῖς. ἕπονται ταύταις αἱ τὴν ἰσχὺν καὶ τὸν τόνον καὶ τὰς ὁμοιοτρόπους δυνάμεις τῆς φράσεως ἀρεταὶ περιέχουσαι. κρείττων ἐν ταύταις Ἡροδότου Θουκυδίδης. ἡδονὴν δὲ καὶ πειθὼ καὶ τέρψιν καὶ τὰς ὁμοιογενεῖς ἀρετὰς εἰσφέρεται μακρῷ Θουκυδίδου κρείττονας Ἡρόδοτος. τῆς δὲ φράσεως τῶν ὀνομάτων τὸ μὲν κατὰ φύσιν Ἡρόδοτος ἐζήλωκε, τὸ δὲ δεινὸν Θουκυδίδης, ὁμοειδὴς πᾶς ὢν ἐν λόγοις. ἀρετῶν ἡ κυριωτάτη τὸ πρέπον. ταύτην ὁ Ἡρόδοτος ἀκριβοῖ μᾶλλον, ἢ Θουκυδίδης. ὁμοειδὴς γὰρ οὗτος ἐν πᾶσι, κἀν ταῖς δημηγορίαις μᾶλλον, ἢ ταῖς

collocata eſt; quae cum virtutibus adiunctis primas tenet: in qua ſatis diligenter ambo elaborarunt. Poſt hanc virtutem conſtituitur lenium et vehementium affectuum imitatio: quam inter ſe partiti ſunt ſcriptores. Thucydides enim in grauioribus affectibus exprimendis melior; Herodotus in lenioribus effingendis praeſtantior. Secundam haec ſtatuuntur illae virtutes, quae ſummum et admirandum ſtudium et apparatum oſtendunt: in quibus hiſtorici pares ſunt. Succedunt iis aliae, quae orationis vim et vehementiam et ſimiles facultates complectuntur: quibus Herodotum Thucydides ſuperat. Suauitatem autem, perſuaſionem, delectationem, et alias virtutes cognatas, longe praeſtantiores Herodotus Thucydide inducit. In verborum electione proprietatem naturae Herodotus ſecutus eſt; grauitatem Thucydides, qui et in verbis ſui ſimilis eſt totus. Virtutum omnium maxima et quaſi princeps eſt Decorum: quam diligentius Thucydide Herodotus ſeruauit. Similis enim hic in omnibus, ac in concionibus magis, quam in narra-

διηγήσεσιν. ἐμοὶ μέντοι καὶ τῷ y φιλτάτῳ Καικιλίῳ δοκεῖ τὰ ἐνθυμήματα αὐτοῦ μάλιστά γε καὶ ζηλῶσαι Δημοσθένης. ἵνα δὲ συνελὼν εἴπω, καλαὶ μὲν αἱ ποιήσεις ἀμφότεραι· οὐ γὰρ ἂν αἰσχυνθείην ποιήσεις αὐτὰς λέγων· διαφέρουσι δὲ κατὰ τοῦτο μάλιστα ἀλλήλων, ὅτι τὸ μὲν Ἡροδότου κάλλος ἱλαρόν ἐστι, φοβερὸν δὲ τὸ Θουκυδίδου. ἀπόχρη ταῦτ᾽ εἰρῆσθαι περὶ τούτων τῶν συγγραφέων, πολλῶν καὶ ἄλλων ἐνόντων λέγεσθαι, περὶ ὧν καὶ ἕτερος ἔσται καιρός.

δ΄. Ξενοφῶν δὲ καὶ Φίλιστος, οἱ τούτοις ἐπακμάσαντες, οὔτε φύσεις ὁμοίας εἶχον, οὔτε προαιρέσεις. Ξενοφῶν μὲν γὰρ Ἡροδότου ζηλωτὴς ἐγένετο κατ᾽ ἀμφοτέρους τοὺς χαρακτῆρας, τόν τε πραγματικὸν καὶ τὸν λεκτικόν· πρῶτον μὲν γὰρ τὰς ὑποθέσεις τῶν ἱστοριῶν ἐξελέξατο καλὰς καὶ μεγαλοπρεπεῖς καὶ ἀνδρὶ φιλοσόφῳ προσηκούσας· τήν τε Κύρου παιδείαν, εἰκόνα βασιλέως

narrationibus. Mihi quidem et cariſſimo Caecilio Demoſthenes eius enthymemata vel maxime expreſſiſſe et imitatus eſſe videtur. Vt autem vno verbo omnia complectar, elegantiſſimae ſunt vtriuſque poëſes: (non enim verebor poëſes eas appellare) ſed hoc vel maxime à ſe inuicem differunt, quod conſtructio Herodoti hilaris eſt, horribilis vero Thucydidis. Sed de his hiſtoricis haec dixiſſe ſufficiat, cum multa nobis alia dicenda ſint, de quibus alius erit differendi locus.

IV. Xenophon autem et Philiſtus, qui iiſdem temporibus floruerunt, neque idem ingenium, neque inſtitutum, ſecuti ſunt. Xenophon enim Herodotum in vtroque genere, tum in eo, quod in materia cernitur, tum quod in elocutione, imitatur. Nam in primis materiam ſuae hiſtoriae elegit pulchram et magnificam, ac eam, quae virum ſapientiae ſtudioſum decet; ut *Inſtitutionem Cyri*, boni atque felicis regis effi-

Iudicium de Xenophonte.

y Ille fuit *Rhetor Siculus*, cuius meminit *Dionyſius Longinus* ſub initium aureoli libelli περὶ ὕψους: et quem, ex hoc ipſo loco, *Dionyſii* familiarem, ſub Iulio et Octauio Caeſaribus Romae vixiſſe coniicit *T. Faber* in notis ad *Longinum.*

z Πάν-

ἀγαθοῦ καὶ εὐδαίμονος· καὶ τὴν Ἀνάβασιν τοῦ νεωτέρου Κύρου· ᾧ καὶ αὐτὸς συνανέβη· μέγιστον ἐγκώμιον ἔχουσαν τῶν συστρατευσαμένων Ἑλλήνων· καὶ τρίτην ἔτι τὴν Ἑλληνικὴν, καὶ ἣν κατέλιπεν ἀτελῆ Θουκυδίδης· ἐν ᾗ καταλύονταί τε οἱ τριάκοντα, καὶ τὰ τείχη τῶν Ἀθηναίων, ἃ Λακεδαιμόνιοι καθεῖλον, αὖθις ἀνίστανται. οὐ μόνον δὲ τῶν ὑποθέσεων χάριν ἄξιος ἐπαινεῖσθαι, ζηλωτὴς Ἡροδότου γενόμενος, ἀλλὰ καὶ τῆς οἰκονομίας. ταῖς τε γὰρ ἀρχαῖς αὐτῶν ταῖς πρεπωδεστάταις κέχρηται, καὶ τελευτὰς ἑκάστῃ τὰς ἐπιτηδειοτάτας ἀποδέδωκε. μεμέρικέ τε καλῶς καὶ τέταχε καὶ πεποίκιλκε τὴν γραφήν. ἦθός τ' ἐπιδείκνυται θεοσεβὲς, καὶ δίκαιον, καὶ καρτερικὸν, καὶ εὐπετὲς, ἁπάσαις τε συλλήβδην κεκοσμημένον ἀρεταῖς· καὶ ὁ μὲν πραγματικὸς τύπος αὐτῷ τοιοῦτος.

Ὁ δὲ λεκτικὸς πῇ μὲν ὅμοιος Ἡροδότου, πῇ δ' ἐνδεέστερος. καθαρὸς μὲν γὰρ τοῖς ὀνόμασιν ἱκανῶς, καὶ σαφὴς, καθάπερ ἐκεῖνος· ἐκλέγει δ' ὀνόματα συνήθη

effigiem; ac etiam *Expeditionem minoris natu Cyri;* (cui ipſe interfuit) quae maximam commendationem continet eorum Graecorum, qui ſimul cum eo militabant; praeterea etiam tertium opus, *Graecarum hiſtoriarum*, quod inchoatum et imperfectum reliquit Thucydides; in quo imperium triginta virorum diſſoluitur, et moenia Athenienſium, quae Lacedaemonii ſuſtulerant atque funditus euerterant, rurſus inſtaurantur. Non ſolum vero ob materiam in coelum ferendus eſt, (in qua Herodotum ſequitur) ſed etiam propter diſpoſitionem ſuſpiciendus. nam et principiis earum aptiſſimis vtitur, et finem conuenientem vnicuique attribuit. Digeſſit eleganter et diſpoſuit, ac variis ornamentis ſuam ſcriptionem affecit. Mores prae ſe fert ſanctos, iuſtos, fortes, faciles; ac in ſumma omnibus virtutibus ornatos. Atque haec quidem eſt forma rei et argumenti eius.

Forma vero elocutionis partim ſimilis Herodoto, partim non adeo redundans et fluens. Purus quidem ſatis in verbis et apertus, quemadmodum et Herodotus: delegit autem verba

τε καὶ προσφυῆ τοῖς πράγμασι, καὶ συντίθησιν [z] αὐτὰ ἡδέως πάνυ καὶ κεχαρισμένως, οὐχ ἧττον Ἡροδότου. ὕψος δὲ καὶ κάλλος καὶ μεγαλοπρέπειαν καὶ τὸ λεγόμενον ἰδίως πλάσμα ἱστορικὸν [a] Ἡρόδοτος ἔχει. οὐ γὰρ μόνον οὐκ ἴσχυσε τοῦτο παρ' αὐτοῦ λαβεῖν, ἀλλὰ κἄν ποτε διεγεῖραι βουληθείη τὴν φράσιν, ὀλίγον ἐμπνεύσας, ὥσπερ ἀπόγειος αὖρα, ταχέως σβέννυται. μακρότερος [b] γὰρ γίνεται τοῦ δέοντος ἐν πολλοῖς καὶ τοῦ πρέποντος, καὶ οὐχ, ὡς Ἡρόδοτος, ἐφάπτεται τῶν προσώπων εὐτυχῶς, ἀλλ' ἐν πολλοῖς ὀλιγωρός ἐστιν, ἄν τις ὀρθῶς σκοπῇ.

ε'. Φίλιστος δὲ Θουκυδίδῃ μᾶλλον δόξειεν ἐοικέναι, καὶ κατ' ἐκεῖνον κοσμεῖσθαι τὸν χαρακτῆρα. [c] οὔτε γὰρ

ba vſitata, et rebus ipſis a natura inſita; quae omnino non minus ſuauiter et iucunde, quam Herodotus ipſe, componit. Excellentiam vero et ſplendorem, amplitudinem iucundam et ſuauem conformationem hiſtoricam, quemadmodum Herodotus, non habet. non modo enim hoc ab ipſo mutuari non potuit, ſed etiam, ſi aliquando voluit ſuam excitare elocutionem, paululum inſpirans, veluti * terrena aura, extemplo langueſcit et exſtinguitur. In multis enim plus aequo longior fit; nec adeo feliciter, vt Herodotus, perſonarum dignitatem attingit et exprimit: ſed in multis, ſi quis recte conſideret et perpendat, eum negligentiorem reperiet.

V. Philiſtus autem ad Thucydidem magis acceſſiſſe videtur, et eius exemplo formam orationis, ſeu dicendi ſtylum, ornaſ-

Iudicium de Philiſto.

z Πάντα ἡδέως in *MS. Reg.*

a *Stephano* videtur legendum Ἡροδότου οὐκ ἔχει: vel ὥσπερ Ἡρόδοτος, οὐκ ἔχει. niſi mauis (inquit) particulam, quae ex aduerſo reſpondeat τῷ ἧττον, reponere. Sed ſiue hoc, ſiue illo modo legas, deſideratur negatio. *Sylb.* In margine *Cod. Reg.* ἴσ. Ἡρόδοτος μεῖζον ἔχει.

b Pro γὰρ aptius fortaſſe legeris δέ. *Sylb.*

c In margine *MS. Reg.* ἴσ. οὔτε γὰρ μόνον . . . . ἀλλὰ καὶ μίαν etc.

* *Abterranea aura, id eſt, quae à terra conſurgens per altum pergit: quos altanos ventos Latine nominari docet* Plin. *lib.* 2. *cap.* 43.

d Sa-

ὑπόθεσιν εἴληφε [d] πολυωφελῆ καὶ κοινὴν, ὥσπερ Θουκυδίδης, ἀλλὰ μίαν, καὶ ταύτην τοπικήν· διῄρηκε δ' αὐτὴν εἰς ἐπιγραφὰς δύο, περὶ Σικελίας μὲν τὴν προτέραν ἐπιγράφων, περὶ Διονυσίου δὲ την ὑστέραν. ἔστι δὲ μία· καὶ τοῦτο γνοίης ἂν ἀπὸ τοῦ τέλους τῆς Σικελικῆς. τάξιν δ' οὐ τὴν κρατίστην ἀποδέδωκε τοῖς δηλουμένοις, ἀλλὰ δυσπαρακολούθητον, [e] χεῖρον τῆς Θουκυδίδου. καὶ πρᾶγμα ἔξωθεν οὐ βούλεται περιλαμβάνειν, ὥσπερ οὐδὲ Θουκυδίδης, ἀλλ' ἔστιν ὁμοειδής. ἦθός τε κολακικον καὶ φιλοτύραννον ἐμφαίνει, καὶ ταπεινὸν καὶ μικρολόγον. τῆς δὲ λέξεως, ᾗ Θουκυδίδης κέχρηται, [f] ᾗ μὲν σημειῶδες καὶ περίεργον πέφυκε, το δὲ στρογγύλον καὶ πικρὸν καὶ ἐνθυμηματικον μέμικται. τῆς μέντοι καλλιλο-

ornaſſe. neque enim materiam ſumſit nimis ſimplicem, neque nimis peruagatam, ſicuti et Thucydides; verum vnam, * et eam de loco: quam in duas inſcriptiones digeſſit; quarum primam *de Sicilia* inſcripſit; alteram *de Dionyſio.* eſſe vero eas vnam et eandem, etiam ex fine *Siculae hiſtoriae* cognoſcere poteris. Ordine vero optimo hiſtoriam non ornauit, ſed obſcuro, et quem ſumma cum difficultate animo conſequi poſſis, ac ſane longe peiore, quam Thucydides. Res etiam alienas hiſtoriae ſuae inſerere noluit, quemadmodum Thucydides: ſed in vno argumento permanet. Mores adulatorios, et tyrannorum ſtudioſos, humiles ac ſordidos prae ſe fert. Dictione eadem vtitur, qua et Thucydides, nimirum inuſitata et difficili: caeterum rotunditate et acerbitate ac arguto genere temperata eſt. Ab illius bene dicendi ornatu et commentationum

d Sane pro πολὺ ὠφελῆ [quod vulgatae dant] rectius, meo iudicio, πολυωφελῆ: vt infra, p. 161. [iuxta *Ed Sylb.*] Sequentium vero expoſitionem è *Cicerone* habes in Epiſt. ad *Quintum* fratrem, l. 2. qua de re plura *Petr. Vict.* Var. lect. lib. 32. c. 19. *Sylb.*

e Forſan rectius χείρονα, et mox παραλαμβάνειν. *Sylb.*

f Pro ᾗ μὲν conuenientius legemus τὸ μέν. Sequ. verſu pro πέφυκε legendum videtur πέφευγε: et mox μεμίμηται pro μέμικται. quae confer cum p. 427. v. 7. ſqq. *Sylb.*

* *Eamque localem*, i. e. *vnius certi loci.*

g *Ste-*

γίας τῆς [ἐκείνου καὶ τοῦ πλούτου τῶν ἐνθυμημάτων κατὰ πολὺ ὑστερεῖ. οὐ μόνον δὲ τούτοις, ἀλλὰ καὶ κατὰ τοὺς σχηματισμούς. ἡ μὲν γὰρ πλήρης σχημάτων· καὶ οὐδὲν οἶμαι περὶ τῶν φανερῶν ἐπιπλέον δεῖν λέγειν· ἡ δὲ Φιλίστου φράσις ὁμοειδὴς πᾶσα δεινῶς καὶ ἀσχημάτιστός ἐστι· καὶ πολλὰς εὕροι τις ἂν περιόδους ὁμοίως ἐφεξῆς ὑπ' αὐτοῦ σχηματιζομένας, οἷον ἐν ἀρχῇ τῆς δευτέρας τῶν περὶ Σικελίας· „Συρακούσιοι δὲ παραλαβόντες Μεγαρεῖς καὶ Ἐνναίους, Καμαριναῖοι δὲ Σικελοὺς καὶ τοὺς ἄλλους συμμάχους, πλὴν Γελώων, ἀθροίσαντες, Γελῷοι δὲ οὐ Συρακουσίους οὐκ ἔφασαν πολεμήσειν· Συρακούσιοι δὲ πυνθανόμενοι Καμαριναίους τὸν Ὕρμινον διαβάντας.“ Ταῦτα δ' ἀηδῆ πάνυ ὄντα ἐμοὶ φαίνεται. μικρός τε περὶ πᾶσαν ἰδέαν ἐστὶ καὶ ἀτελής, ἐάν τε πολιορκίας διηγῆται, ἐάν τ' οἰκισμούς, ἐάν τ' ἐπαίνους, ἐάν τε ψόγους

tionum diuitiis multum abeſt. non ſolum vero ab iis, verum etiam à formationibus et ornamentis. Illius enim elocutio multis figuris et ornamentis referta eſt *: Philiſti vero vniformis, grauis, ac nullis ornamentis et figuris praedita eſt, cuius etiam multas circumſcriptiones inuenire poſſumus, quae ab ipſo eodem habitu formatae ſunt; veluti illa in principio ſecundae inſcriptionis *de Sicilia:* „Syracuſani autem, aſſumtis ſibi ſociis Megarenſibus et Ennaeis; Camarinenſes vero, Siculos et alios belli ſocios praeter Geloos congregantes: Geloi autem cum Syracuſanis negarunt ſe bellum geſturos: Syracuſani vero, audientes, Camarinenſes Hyrminum traieciſſe“. Haec mihi omnino nulla iucunditate condita eſſe videntur. Humilis etiam in omni forma ac imperfectus eſt, ſiue obſeſſionem exponat, ſiue colonias deductas; ſiue laudationes, ſiue vituperatio-

g *Stephano* legendum videtur Συρακουσίοις οὐκ ἔφασαν πολεμήσειν. *Sylb.*

* Illa, καὶ οὐδὲν οἶμαι περὶ τῶν φανερῶν ἐπιπλέον δεῖν λέγειν, (i. e. *minimeque neceſſarium puto, de manifeſtis plura dicere*) quaſi non ſuo loco poſita, praetermiſit *Interpres.*

b Su-

διαπορεύηται. ἀλλ' οὐδὲ τοῖς μεγέθεσι τῶν ἀνδρῶν συνεξισῶν τοὺς λόγους, ἀλλὰ ψοφοδεεῖς καὶ τοὺς δημηγοροῦντας καταλείπειν τὰς δυνάμεις καὶ τὰς προαιρέσεις ὁμοίως ἅπαντας ποιεῖ. εὐστομίαν δέ τινα φυσικὴν εἰσφέρεται κατὰ τὴν ἑρμηνείαν, καὶ σύνεσιν ἐπιτευκτικὴν τοῦ μετρίου. πρὸς δὲ τοὺς ἀληθινοὺς ἀγῶνας ἐπιτηδειότερος Θουκυδίδου.

ϛʹ. Θεόπομπος δὲ [h] Χῖος, ἐπιφανέστατος πάντων Ἰσοκράτους μαθητῶν γενόμενος, καὶ πολλοὺς μὲν πανηγυρικοὺς, πολλοὺς δὲ συμβουλευτικοὺς συνταξάμενος λόγους, ἐπιστολάς τε τὰς [i] ἀρχαϊκὰς γραφομένας καὶ ὑποθήκας ἄλλας, λόγου ἀξίαν ἱστορίαν πεπραγματευμένος, ἄξιος ἐπαινεῖσθαι· πρῶτον μὲν τῆς ὑποθέσεως τῶν ἱστοριῶν· καλαὶ γὰρ ἀμφότεραι· ἡ μὲν τὰ λοιπὰ τοῦ Πελο-

rationes perſequatur. Neque ſermones fortitudini et magnitudini virorum aptos adſcribit, ſed ad omnem ſtrepitum expaueſcentes facit: et qui apud eum concionantur, ii ſuas facultates et ſtudia pariter omnes relinquunt. Naturalem autem quandam oris ſuauitatem in elocutione, et prudentiam inducit mediocrem. Caeterum ad vera certamina * exponenda Thucydide accommodatior eſt.

Iudicium de Theopompo.

VI. Theopompus autem Chius, cum ſit clariſſimus inter omnes Iſocratis diſcipulos, et cum multas orationes, tum in genere demonſtratiuo, tum in deliberatiuo, conſcripſerit, et epiſtolas ** Achaicas, et adhortatorias alias, et memorabilem compoſuerit hiſtoriam, dignus eſt, qui laudibus in coelum feratur: primum quidem, ob materiam hiſtoriarum; (ambae enim praeclarae ſunt: vna quidem partem belli Peloponneſiaci

h Supra (p. 428. v. 4.) cum articulo habuimus ὁ Χῖος. *Sylb.*

i Pro ἀρχαϊκὰς quidam codices (teſte *Stephano*) habent Ἀχαϊκάς: quae lectio trahi poſſit ad famoſos libellos ab *Anaximene* ſub *Theopompi* nomine diuulgatos; vel ἀρχαϊκαὶ ſunt antiquo ſtilo ſcriptae: vel de priſci ſaeculi virtutibus. *Athenaeus* meminit epiſtolae ad *Alexandrum* ſcriptae; et alius praeterea ad Chios. Forſan etiam compoſite legendum ibidem ἐπιγραφομένας. *Sylb.*

* *Peragenda.*

** al. *Archaïcas, vetere ſtylo.*

k Πολ.

κοννησιακοῦ πολέμου περιέχουσα· ἡ δὲ τὰ Φιλίππῳ πεπραγμένα· ἔπειτα τῆς οἰκονομίας· ἀμφότεραι γάρ εἰσιν εὐπαρακολούθητοι καὶ σαφεῖς· μάλιστα δὲ τῆς ἐπιμελείας τε καὶ φιλοπονίας τῆς κατὰ τὴν συγγραφήν. δῆλος γάρ ἐστιν, εἰ καὶ μηδὲν ἔγραψε, πλείστην μὲν παρασκευὴν εἰς ταῦτα παρεσκευασμένος, μεγίστας δὲ δαπάνας εἰς τὴν συναγωγὴν αὐτῶν τετελεκώς. καὶ πρὸς τούτοις πολλῶν μὲν αὐτόπτης γεγενημένος, [k] πολλοῖς δ' εἰς ὁμιλίαν ἐλθὼν ἀνδράσι τοῖς τότε πρωτεύουσι καὶ στρατηγοῖς δημαγωγοῖς τε καὶ φιλοσόφοις [l] διὰ τὴν συγγραφὴν τῆς ἱστορίας ἐποιήσατο· ἔργον δὲ τὸ πάντων ἀναγκαιότερον. γνοίη δ' ἄν τις αὐτοῦ τὸν πόνον, ἐνθυμηθεὶς τὸ πολύμορφον τῆς γραφῆς. καὶ γὰρ καὶ ἐθνῶν εἴρηκεν οἰκισμοὺς, καὶ πόλεων κτίσεις ἐπελήλυθε, βασιλέων τε βίους καὶ [m] τρόπων ἰδιώματα δεδήλωκε, καὶ

ſiaci continet; altera vero res geſtas Philippi comprehendit) deinde etiam propter diſpoſitionem; utraeque enim facile percipi poſſunt, et apertae ſunt. Et vel maxime laudandus eſt ob diligentiam et ſtudium, quod in ſcriptione poſuit. Perſpicuum enim eſt, eum, etiam ſi nihil poſteritati reliquiſſet, multum apparatum huic rei impendiſſe, et maximos ſumtus his colligendis feciſſe. Ad haec multorum ipſe ſpectator fuit, et in multorum hominum, qui tum principatum tenebant, et imperatorum, et oratorum, et philoſophorum * amicitiam veniens, propter conſcriptionem hiſtoriae, rem omnium maxime neceſſariam ad finem perduxit. Cuius ſtudium et laborem cognoſcere poteris, ſi varietatem ſcriptionis eius reputaueris. Nam et gentium conſtitutiones retulit, et ciuitatum exſtructiones narrauit; et regum vitas, et mores cuiuſque proprios expoſuit:

k Πολλὴν δ' εἰς ὁμιλίαν in *MS. Reg.*

l Διὰ tollenda videtur: vel addendum ei genitiui caſus nomen, τούτων, aut aliud conſimile: vel denique ſic legendum: διὰ τὴν συγγραφὴν, τὰς ἱστορίας ἐποιήσατο. V. 12. rectius ſuperl. ἀναγκαιότατον. *Sylb.*

m Et τρόπων retineri poteſt, et τόπων admitti. *Sylb.*

* *Familiaritatem ſe hiſtoriae conſcribendae gratia inſinuauit: rem hiſtoriarum conditori omnium maxime neceſſariam.*

n For-

εἴ τι θαυμαστὸν, ἢ παράδοξον, ἑκάστη γῆ καὶ θάλασσα φέρει, συμπεριείληφεν ἐν τῇ πραγματείᾳ. καὶ μηδεὶς ὑπολάβῃ, ψυχαγωγίαν ταῦτ' εἶναι μόνον· οὐ γὰρ οὕτως ἔχει· ἀλλὰ πᾶσιν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ὠφέλειαν παρέχει.

Ἵνα δὲ πάντ' ἀφῶ τἄλλα, τίς οὐχ ὁμολογήσει τοῖς ἀκούουσι τὴν φιλόσοφον ῥητορικὴν, ἀναγκαῖον εἶναι, πολλὰ μὲν ἔθνη καὶ βαρβάρων καὶ Ἑλλήνων ἐκμαθεῖν, πολλοὺς δὲ νόμους ἀκοῦσαι, πολιτειῶν σχήματα, καὶ βίους ἀνδρῶν, καὶ πράξεις, καὶ τέλη, καὶ τύχας. τούτοις τοίνυν ἅπασιν ἀφθονίαν δέδωκεν, οὐκ ἀπεσπασμένην τῶν πραγμάτων, ἀλλὰ συμπαροῦσαν· πάντα δὲ ταῦτα ζηλωτὰ τοῦ συγγραφέως. καὶ ἔτι πρὸς τούτοις, ὅσα φιλοσοφεῖ παρ' [n] *ὅλην τὴν δικαιοσύνην καὶ εὐσέβειαν, καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν πολλοὺς καὶ καλοὺς διεξερχόμενος λόγους; τελευταῖόν ἐστι τῶν ἔργων αὐτοῦ καὶ χαρακτηρικώτατον, ὃ παρ' οὐδενὶ τῶν ἄλλων συγ-*

poſuit: et ſi quid admiratione dignum, aut ab opinione alienum, aliqua regio tulit, opere ſuo comprehendit. Nec quiſquam autumet, haec ſolummodo animi oblectationem habere; (non enim ita ſe res habet) ſed omnibus, vt paucis dicam, ſummam vtilitatem afferunt.

Vt vero multa alia ſilentio praeteream, quis eſt, qui inficias ibit, eos, qui philoſophicae eloquentiae dant operam, oportere multas gentes et barbarorum et Graecorum cognoſcere, multas leges audire, rerumpublicarum formas, vitas virorum atque mortes et fortunam perſpectas habere? His omnibus copiam praebuit Theopompus, non abſtractam a rebus, ſed cohaerentem: quae omnia ad imitationem valent. Ad haec, * quantum ex philoſophia de pietate et de aliis virtutibus, multis pulchris orationibus editis diſſerit? Vltimum eſt eius opus maxime inſigne, quod a nullo alio eorum, qui res geſtas

n Forſan legendum *παρ' ὅλην τὴν ἱστορίαν περὶ δικαιοσύνης καὶ εὐσεβείας, καὶ π.* Verſu vlt. nota *χαρακτηρικώτατον*: et p. 792. v. pen. *χαρακτηριστικώτατα. Sylb.*

* *In quibus philoſophatur de p.*

Com-

γραφέων οὕτως ἀκριβῶς ἐξείργασται, [o] καὶ δύναται οὔτε τῶν πρεσβυτέρων, οὔτε τῶν νεωτέρων. τί δὲ τοῦτό ἐστι; τὸ καθ' ἑκάστην πρᾶξιν μὴ μόνον τὰ φανερὰ τοῖς πολλοῖς ὁρᾶν καὶ λέγειν, ἀλλ' ἐξετάζειν καὶ τὰς ἀφανεῖς αἰτίας τῶν πράξεων καὶ τῶν πραξάντων αὐτὰς, καὶ τὰ πάθη τῆς ψυχῆς, ἃ μὴ ῥάδια τοῖς πολλοῖς εἰδέναι· καὶ πάντα ἐκκαλύπτειν τὰ μυστήρια τῆς τε δοκούσης ἀρετῆς καὶ τῆς ἀγνοουμένης κακίας. καί μοι δοκεῖ ὡς ὁ μυθευόμενος εἶναι τῶν ψυχῶν ἀπολυθεισῶν τοῦ σώματος ἐξετασμὸς ἐπὶ τῶν ἐκεῖ δικαστῶν, οὕτως ἀκριβὴς εἶναι ὁ διὰ τῆς Θεοπόμπου γραφῆς γιγνόμενος. διὸ καὶ βάσκανος ἔδοξεν εἶναι, προλαμβάνων τινὰ τοῖς ἀναγκαίοις ὀνειδισμοῖς καὶ τὰ τῶν ἐνδόξων προσώπων οὐκ ἀναγκαῖα πράγματα· ὅμοιόν τι ποιῶν τοῖς ἰατροῖς, οἳ τέμνουσι καὶ καίουσι τὰ διεφθαρμένα τοῦ σώματος, [p] ὡς βάθους τὰ καυτήρια καὶ τὰς τομὰς φέροντες, οὐδὲ τῶν ὑγιαινόντων καὶ κατὰ φύσιν

geſtas ſcriptura perſecuti ſunt, adeo diligenter elaboratum eſt; nec quiſquam, neque priſcorum, neque recentiorum, eius praeſtantiam aſſequi poſſet. Quod vero hoc eſt? Illud, inquam, quod in ſingulis rebus non modo ea, quae multis manifeſta ſunt, videat et recenſeat, ſed quod cauſas abditas rerum, et eorum, qui eas effecerunt, animum, quem haud facile eſt multis noſſe, exquirat, et quod omnia ſecreta virtutis fucatae et vitii latentis detegat ac in apertum proferat. Ac mihi quidem videtur inquiſitio iudicum, quae fit ſcriptis Theopompi, non minus diligens et exacta, quam illa, quam fabulantur animis corpore ſolutis apud inferos fieri, ab iis, qui illic ſunt, iudicibus. Proinde etiam obtrectator videtur eſſe, dum nonnullos debitis conuiciis afficit, et facta virorum illuſtrium non neceſſaria perſtringit: ſimile quiddam faciens, ac medici, qui corruptas corporis partes ſecant et vrunt, quam profundiſſime cauteria et ſectiones immittentes, non tamen ſanas

o Commation iſtud, *καὶ δύναται*, tollendum eſt: aut pro *δύναται* reponendum *διαπεπόνηται, διεσκεύασται*, vel ſimile quid. *Sylb.*

p *Hoeſchelius* legit *εἰς βάθος.* poſſis etiam legere *ὡς οἷόν τε βάθους. Sylb.*

q De

ἐχόντων στοχαζόμενοι. τοιοῦτος μὲν δή τις ὁ πραγματικὸς Θεοπόμπου χαρακτήρ.

Ὁ δὲ λεκτικὸς Ἰσοκράτει μάλιστα ἔοικε. καθαρὰ γὰρ ἡ λέξις, καὶ κοινὴ, καὶ σαφὴς, ὑψηλή τε καὶ μεγαλοπρεπὴς, καὶ τὸ πομπικὸν ἔχουσα πολὺ, συγκειμένη τε κατὰ τὴν μέσην ἁρμονίαν, ἡδέως καὶ μαλακῶς ῥέουσα. διαλλάττει δὲ τῆς Ἰσοκρατείου κατὰ τὴν πικρότητα καὶ τὸν τόνον ἐπ' ἐνίων, ὅταν ἐπιτρέψῃ τοῖς πάθεσι, μάλιστα δ', ὅταν ὀνειδίζῃ πόλεσιν, ἢ στρατηγοῖς, πονηρὰ βουλεύματα καὶ πράξεις ἀδίκους. πολὺς γὰρ ἐν τούτοις, καὶ τῆς Δημοσθένους δεινότητος οὐδὲ κατὰ μικρὸν διαφέρει, ὡς ἐξ ἄλλων πολλῶν ἄν τις ἴδοι, κἀκ τῶν [q] ἀρχαϊκῶν ἐπιστολῶν, ἃς τῷ πνεύματι ἐπιτρέψας γέγραφεν. εἰ δ' ὑπερεῖδεν ἐν τούτοις, ἐφ' οἷς μάλιστ' ἂν ἐσπούδακε, τῆς τε συμπλοκῆς τῶν φωνηέντων γραμμάτων,

ſanas corporis partes et bene affectas attingunt. Atque huiuſmodi eſt character Theopompi, qui res continet.

Ea autem forma, quae in elocutione cernitur, maxime ad ſimilitudinem Iſocrateae accedit. Pura enim dictio, vulgaris, ſimplex, perſpicua, ſublimis, magnifica, et ſummam pompam prae ſe fert, et quadam harmonia temperata eſt, iucunde et ſuauiter fluens. Differt autem ab elocutione Iſocratis in auſteritate et vehementia in aliquibus; nimirum cum ſe in affectus concitandos dederit, et vel maxime, cum vrbibus et ducibus improba conſilia et res geſtas exprobrat atque vitio dat. Multus enim eſt in iis, et a Demoſthenis acrimonia ne paululum quidem abeſt: quod tum multis in aliis libris, tum ex epiſtolis * Achaicis, quas concitato affectu ſcripſit, perſpici poteſt. Quod ſi in iis, in quibus ſummum ſtudium poſuit, colliſionem vocalium et numeroſas circumſcriptiones ac figu-

q De Ἀχαϊκῶν dictum ad pag. 782. v. 11. In ſeq. periodo (inquit *Steph.*) non video quid ſit opus particula ἄν. ſed nec illud ἐν τούτοις mihi ſatis placet. Senſus autem planus eſt: reprehendit enim *Theopompi* nimiam curam et diligentiam in vitando concurſu et hiatu vocalium: quam etiam *Cicero* et *Quinctilianus* reprehenderunt. *Sylb.*

* al. *Archaïcis*, *quas ingenio indulgens ſcripſit.*

r Et

καὶ τῆς κυκλικῆς εὐρυθμίας τῶν περιόδων, καὶ τῆς ὁμοειδείας τῶν σχηματισμῶν, πολὺ ἀμείνων ἂν ἦν αὐτὸς ἑαυτοῦ κατὰ τὴν φράσιν. ἔστι δὲ ἃ καὶ κατὰ τὸν πραγματικὸν [r] τόπον ἁμαρτάνει, καὶ μάλιστα κατὰ τὰς παραβολάς. οὔτε γὰρ ἀναγκαῖαί τινες αὐτῶν, οὔτ' ἐν καιρῷ γινόμεναι, πολὺ δὲ τὸ παιδιῶδες ἐμφαίνουσαι. ἐν οἷς ἐστι καὶ περὶ Σειληνοῦ, τοῦ φανέντος ἐν Μακεδονίᾳ, καὶ τὰ περὶ τοῦ δράκοντος, τοῦ διαναυμαχήσαντος [s] πρὸς τὴν τριήρη, καὶ ἄλλα τούτοις οὐκ ὀλίγα ὅμοια. [t] τούτοις παραληφθέντες οἱ συγγραφεῖς ἀρκέσουσι τοῖς ἀσκοῦσι τὸν πολιτικὸν λόγον, ἀφορμὰς ἐπιτηδείους παραδειγμάτων παρασχεῖν εἰς ἅπασαν ἰδέαν.

figuras ſimiles neglexiſſet, longe melior in elocutione ſe ipſo euaſiſſet. Sunt etiam nonnulla in ea parte hiſtoriae, quae ad res ſpectat, in quibus deliquit, et potiſſimum in comparationibus. neque enim neceſſariae quaedam earum, neque tempeſtiue, inducuntur; multas vero ineptias prae ſe fert: ex quo genere illa ſunt, quae de Sileno commemorat, qui in Macedonia apparuit, et quae de dracone, ad triremem pugna nauali contendente, et alia nonnulla iis ſimilia. . . . .

r Et τόπον ferri poteſt, et τύπον reponi: qua de re ad pag. 3. v. ult. *Sylb.*

s In *Cenſura Scriptorum veterum* p. 429. v. ult. (vbi eadem fere habet de *Sileno* et *Dracone*) πρὸς τῇ τριήρει.

t Senſus eſt: ταῦτα παραληφθέντα παρὰ τῶν συγγραφέων. *Sylb.* Verba autem illa, et quae ſequuntur, (vt corrupta et mutila) neglexit *Interpres.*

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΣ

[a] ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΟΣ ΑΜΜΑΙΟΝ ΔΕΥΤΕΡΑ

ΠΕΡΙ

ΤΩΝ ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ ΙΔΙΩΜΑΤΩΝ.

DIONYSII HALICARNASSENSIS

EPISTOLA AD AMMAEVM II.

DE

IIS, QVAE THVCYDIDI PROPRIA SVNT.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΑΜΜΑΙΩ ΤΩ ΦΙΛΤΑΤΩ ΧΑΙΡΕΙΝ.

Ἐγὼ μὲν ὑπελάμβανον ἀρκούντως δεδηλωκέναι τὸν Θουκυδίδου χαρακτῆρα, τὰ μέγιστα καὶ κυριώτατα τῶν ὑπαρχόντων περὶ αὐτὸν ἰδιωμάτων ἐπεξελθών· ἐν οἷς γε δὴ μάλιστα διαφέρειν ἔδοξέ μοι τῶν πρὸ αὐτοῦ ῥητόρων τε καὶ συγγραφέων· πρότερον μὲν [b] ἐν τοῖς περὶ

DIONYSIUS AMMAEO CARISSIMO S.

Putabam, ſatis ſufficienterque me Thucydidis characterem et ſtylum iam declaraſſe, vt qui maximas et propriiſſimas eiuſdem proprietates ſim proſecutus; in quibus ſane maxime ab iis, qui ante illum fuere, oratoribus et ſcriptoribus diſcrepare mihi viſus eſt: primum quidem in commentariolo, quod *de*

a Verba illa, ἐπιστολὴ πρὸς Ἀμμαῖον δευτέρα, adiecta eſſe volui ad titulum complendum.

b Ex hoc etiam loco intelligimus, tertiam de *ſcriptoribus Atticis* partem a *Dionyſio* abſolutam fuiſſe: eam ſcilicet, qua poſt vtriuſque generis oratores egit de philoſophis et hiſtoricis Atticis, vt eſt *Plato*

τῶν ἀρχαίων ῥητόρων πρὸς τὸ σὸν ὄνομα συνταχθεῖσιν ὑπομνηματισμοῖς, ὀλίγοις [c] δὲ πρόσθεν χρόνοις, ἐν τῇ περὶ αὐτοῦ τοῦ Θουκυδίδου κατασκευασθείσῃ γραφῇ, προσειπὼν τὸν Αἴλιον Τουβέρωνα· ἐν ᾗ πάντα τὰ δεόμενα λόγου μετὰ τῶν οἰκείων ἀποδείξεων διεξελήλυθα κατὰ τὴν [d] ἐμαυτοῦ δύναμιν. σοῦ δὲ ὑπολαμβάνοντος, ἧττον ἠκριβῶσθαι τὰς γραφὰς, ἐπειδὴ προεκθέμενος ἅπαντα τὰ συμβεβηκότα τῷ χαρακτῆρι, τότε τὰς περὶ αὐτῶν πίστεις παρέχομαι· ἀκριβεστέραν δὲ τὴν δήλωσιν τῶν ἰδιωμάτων τοῦ χαρακτῆρος ἔσεσθαι νομίζοντος, εἰ παρὰ μίαν ἑκάστην τῶν [e] παραθέσεων τὰς λέξεις τοῦ [f] συγγραφέως παρατιθείην· ὃ οἱ τὰς τέχνας καὶ τὰς εἰσαγωγὰς τῶν λόγων πραγματευόμενοι ποιοῦσι· προελόμενος εἰς μηδὲν ἐλλείπειν, καὶ τοῦτο πεποίηκα, τὸ διδασκαλικὸν σχῆμα λαβὼν ἀντὶ τοῦ ἐπιδεικτικοῦ.

Thucydidis character a Dionyſio tribus in locis expoſitus.

de antiquis Oratoribus compoſui et tibi dedicaui: deinde haud ita multo ante in tractatu, quem *de hoc ipſo Thucydide* edidi, quem Aelio Tuberoni inſcripſi; in quo omnia, quae dicenda erant, additis exemplis ab ipſo petitis, ſum pro virili proſecutus. Cum vero tibi haec parum accurate ſcripta eſſe videantur, vbi omnia, quae characteri huic accidunt, propoſuero, argumentis euidentibus ad oculum tunc confirmabo: cum vero credas, accuratiorem demonſtrationem proprietatum characteris futuram, ſi praeter ſingulas propoſitiones ſcriptoris etiam verba apponerem, (quod qui praecepta et inductiones in artem oratoriam conficiunt, praeſtant) et mihi animo ſedeat, nihil omnino praetermittere, hoc etiam praeſtiti, docentis officio functus, cum demonſtrare potius deberem.

II. Vt

Plato (p. 758. v. 4.), *Thucydides, aliique. Sylb.*

c Exemplar habet δή. ego *Stephanum* in *Thucydidis* editione ſequi malui. Seq. v. rectius fortaſſe περὶ τοῦ αὐτοῦ Θουκ. *de eodem Thuc. Sylb.*

d Pro vulgato αὐτοῦ legendum vel ἐμαυτοῦ cum *Stephano*, vel reciproce αὑτοῦ. *Sylb.*

e Haud ſcio, conuenientiusne παραδόσεων, *traditionum;* an προθέσεων, *propoſitionum*, vt paulo poſt, p. 790. v. 3.

f Ξυγγραφέως *Reg.* 2.

g Ὅσα-

β΄. Ἵνα δὲ εὐπαρακολούθητος ὁ λόγος σοι γένηται, προθεὶς κατὰ λέξιν, [g] ὅσα περὶ τοῦ συγγραφέως τυγχάνω προειρηκὼς, ἐπιτροχάδην ἀναλήψομαι τῶν προθέσεων ἑκάστην, καὶ τὰς ἀποδείξεις παρέξομαι, καθάπερ [h] ἠξίους. ἕπεται δὲ τοῖς περὶ Ἡροδότου γραφεῖσι τὰ μέλλοντα δηλοῦσθαι. τούτῳ γὰρ Θουκυδίδης τῷ ἀνδρὶ ἐπιβαλὼν, καὶ τοῖς ἄλλοις, ὧν πρότερον ἐμνήσθην, καὶ συνιδὼν, ἃς ἕκαστος αὐτῶν ἔσχεν ἀρετὰς, ἴδιόν τι γένος χαρακτῆρος, οὔτε πεζὸν αὐτοτελῶς, οὔτ' ἔμμετρον ἀπηρτισμένως, κοινὸν δέ τι καὶ μικτὸν ἐξ ἀμφοῖν ἐργασάμενος, εἰς τὴν ἱστορικὴν πραγματείαν ἐσπούδασεν εἰσαγαγεῖν· ἐπὶ μὲν τῆς ἐκλογῆς τῶν ὀνομάτων τὴν τροπικὴν, καὶ γλωττηματικὴν, καὶ ἀπηρχαιωμένην, καὶ ξένην λέξιν παραλαμβάνων πολλάκις ἀντὶ τῆς κοινῆς καὶ συνήθους τοῖς καθ' ἑαυτὸν ἀνθρώποις· ἐπὶ δὲ τῶν σχηματισμῶν, ἐν οἷς μάλιστα ἐβουλήθη διενεγκεῖν τῶν πρὸ αὐτοῦ, πλείστην εἰσενεγκάμενος πραγματείαν, τοτὲ

Thucydidis character in dicendo quis, et vnde formatus.

II. Vt vero, quae dicturus ſum, facile aſſequaris, ſummatim, quae de hoc auctore alias ſcripſi, complexus, ſingulas mox propoſitiones reſumam, et re ipſa tibi, vti petiiſti, ad oculum demonſtrabo. Quae vero demonſtraturus ſum, ſequuntur immediate ea, quae de Herodoto alias tradidi. Huic enim et caeteris, quorum ſuperius memini, ſuperueniens Thucydides, cum, quas quiſque dicendi virtutes haberet, animaduertiſſet, propriam ipſe dicendi formam, nec eam omnino pedeſtrem, nec etiam penitus numeroſam, ſed mixtam quandam ex ambabus et nouam conſectatus, ad hiſtoricum artificium ſtuduit traducere: in delectu quidem verborum tropicam, gloſſematicam, obſoletam, ac peregrinam dictionem communi ſuaque aetate vſitatae locutioni antepoſuit: in figuris autem adhibendis, quibus in primis ſuperiores ſuperare contendebat, ſummam diligentiam adhibuit; nunc quidem ex nomine orationem

g Ὅσαπερ τοῦ *Reg.* 1. et *Colb.*

h Ἠξίουν] Fortaſſe rectius ἠξίους, *petiiſti.* Sequentia petita ſunt e tractatu *ad Q. Aelium Tuberonem,* p. 147. iuxta *Ed. Sylb.*

i Vt

μὲν λόγον ἐξ ὀνόματος ποιῶν, τοτὲ δ' εἰς ὄνομα συνάγων τὸν λόγον· καὶ νῦν μὲν τὸ ῥηματικὸν [i] ὀνομαστικῶς ἐκφέρων, αὖθις δὲ τοὔνομα ῥῆμα ποιῶν· καὶ αὐτῶν γε τούτων ἀναστρέφων τὰς χρήσεις, ἵνα τὸ μὲν ὀνοματικὸν, ῥηματικὸν, τὸ δὲ ῥηματικὸν, ὀνοματικὸν [k] λέγηται· καὶ τὰ μὲν παθητικὰ ῥήματα, δραστήρια, τὰ δὲ δραστήρια, παθητικά· πληθυντικῶν δὲ καὶ ἑνικῶν ἀλλάττων τὰς φύσεις, καὶ ἀντικατηγορῶν ταῦτ' ἀλλήλων· θηλυκά τ' ἀρσενικοῖς, καὶ ἄῤῥενα θηλυκοῖς, καὶ οὐδέτερα τούτων τισὶ συνάπτων· ἐξ ὧν ἡ κατὰ φύσιν ἀκολουθία πλανᾶται· τὰς δ' ὀνοματικῶν, ἢ μετοχικῶν, πτώσεις τοτὲ μὲν πρὸς τὸ σημαινόμενον ἀπὸ τοῦ σημαίνοντος ἀποστρέφων, τοτὲ δὲ πρὸς τὸ σημαῖνον ἀπὸ τοῦ σημαινομένου· ἐν δὲ τοῖς συνδετικοῖς, καὶ τοῖς προθετικοῖς μορίοις, καὶ ἔτι μᾶλλον ἐν τοῖς διαρθροῦσι τὰς τῶν νοημάτων δυνά-

nem conſtituens, rurſuſque in nomen orationem contrahens, interdum autem verbalia nominatim efferens, ac rurſum nomen verbaliter; atque omnem eorum vſum inuertens, vt nominale in verbale, verbale contra in nominale commutaret; atque verba inſuper paſſiua, actiua facit; quae vero actionem denotant, paſſiuam iis addit ſignificationem; pluralium etiam et ſingularium naturam et ordinem mutat, et eadem inter ſe libere commiſcet; maſculina inſuper foemininis, et foeminina maſculinis attribuit; neutra vero ita his connectit, vt tota illa naturalis coaptatio conſtructioque apud illum libera ſit et diuagetur; nominum et participiorum caſus ab eo, quod ſignificare debet, ad id, quod ſignificatum eſt, et contra ab eo, quod ſignificatum, ad ſignificans transfert: in coniunctionibus et praepoſitionibus, iis praeſertim, quae ſententiarum robur et

i Vt hîc ὀνομαστικῶς ἐκφέρων dicit, ita ὀνομαστικὴν λέξιν infra p. 794. v. 8. itidemque p. 795. v. 9. et pen. et p. 796. v. 3. ſed verior ſcriptura videtur eſſe ὀνοματικῶς; vt verſu 4. et 5. et ſupra in libro De compoſitione, ſeu collocatione verborum; vt adnotaui ad p. 8. v. 9. atque ita etiam in ſequentibus dicit ῥηματικὰ, μετοχικὰ, ἀντωνυμικά. *Sylb.*

k Forſan rectius γένηται. *Sylb.*

l In

μεις, ποιητοῦ τρόπον ἐνεξουσιάζων. πλεῖστα δ' ἄν τις εὕροι παρ' αὐτῷ τῶν σχημάτων προσώπων τ' ἀποστροφαῖς, καὶ χρόνων ἐναλλαγαῖς, καὶ τοπικῶν σημειώσεων μεταφοραῖς ἐξηλλαγμένα, καὶ σολοικισμῶν λαμβάνοντα φαντασίαν ἀποστέγειν· ἢ τὰ πράγματα ἀντὶ σωμάτων, ἢ τὰ σώματα ἀντὶ πραγμάτων, καὶ ἐφ' ὧν ἐνθυμημάτων τε καὶ νοημάτων αἱ μεταξὺ παρεμπτώσεις πολλαὶ γινόμεναι, διὰ μακροῦ τὴν ἀκολουθίαν κομίζονται, τά τε σκολιὰ, καὶ [l] πολύπλοκα, καὶ δυσεξέλικτα, καὶ τὰ ἄλλα τὰ συγγενῆ τούτοις. εὕροι δ' ἂν τις οὐκ ὀλίγα καὶ τῶν θεατρικῶν σχημάτων κείμενα παρ' αὐτῷ· τὰς παρισώσεις λέγω, καὶ παρομοιώσεις, καὶ παρονομασίας, καὶ ἀντιθέσεις· ἐν αἷς ἐπλεόνασε Γοργίας ὁ Λεοντῖνος, καὶ οἱ περὶ Πῶλον καὶ Λικύμνιον, καὶ πολλοὶ ἄλλοι τῶν κατ' αὐτὸν ἀκμασάντων. ἐκδηλότατα δ' αὐτοῦ καὶ χαρακτηριστικώτατά ἐστι [m] τό τε πειρᾶσθαι δι' ἐλαχίστων ὀνομάτων πλεῖστα σημαίνειν

et vim diſtinguunt, poëtica prorſus vtitur licentia. Plurimae quoque in eo figurae occurrunt, quae perſonarum apoſtrophis, temporum commutationibus, et notionum localium diſcrepantia a communi conſuetudine diſcrepant, ac quandam ſoloeciſmorum ſpeciem praeferunt. Ad haec ſaepius in ipſo res videbis pro corporibus, et vice verſa corpora pro rebus ſumi: in enthymematis vero et ſententiis (in quibus cum crebrae interiectiones occurrant, longo deinde interuallo ad rem et conſecutionem redit) tortuoſa, perplexa, intricata, aliaque his cognata inuenies. Multas quoque figuras theatrales ipſum adhibuiſſe comperies, vt paria, ſimiliter cadentia et deſinentia, et antitheſes: quibus ad nauſeam vſus eſt Gorgias Leontinus, Polus, Licymnius, et alii, qui eadem tempeſtate floruere. E quibus autem maxime et potiſſime character illius dignoſci poteſt, haec fere ſunt: ſtudet, vt quam pauciſſimis verbis

l In *Ed. Thucyd.* πολυπλόκα, itidemque infra p. 136. iuxta *Ed. Sylb.*

m Πεπειρᾶσθαι] Rectius πειρᾶσθαι, praeſ. tempore. *Sylb.*

n Δη-

πράγματα, καὶ πολλὰ συντιθέναι νοήματα εἰς ἓν, καὶ ἔτι προσδεχόμενόν τι τὸν ἀκροατὴν ἀκούσεσθαι καταλείπειν. ὑφ' ὧν ἀσαφὲς γίγνεται τὸ βραχύ. ἵνα δὲ συνελὼν εἴπω, τέσσαρα μέν ἐστιν ὥσπερ ὄργανα τῆς Θουκυδίδου λέξεως, τὸ ποιητικὸν τῶν ὀνομάτων, τὸ πολυειδὲς τῶν σχημάτων, τὸ τραχὺ τῆς ἁρμονίας, τὸ τάχος τῆς σημασίας· χρώματα δ' αὐτῆς, τό τε στρυφνὸν, καὶ τὸ πικρὸν, καὶ τὸ πυκνὸν, καὶ τὸ αὐστηρὸν, καὶ τὸ ἐμβριθὲς, καὶ τὸ δεινὸν, καὶ τὸ φοβερόν· ὑπὲρ ἅπαντα δ' αὐτοῦ ταῦτα, τὸ παθητικόν. τοιουτοσὶ μὲν [n] δή τις ἐστὶν ὁ Θουκυδίδης κατὰ τὸν τῆς λέξεως χαρακτῆρα, ᾧ παρὰ τοὺς ἄλλους διήνεγκε.

γ΄. Γλωσσηματικὰ μὲν οὖν, καὶ ἀπηρχαιωμένα, καὶ δυσείκαστα τοῖς πολλοῖς ἐστι, τό τε „Ἀκραιφνὲς,“ καὶ ὁ [o] „Περιλογισμὸς,“ καὶ ἡ „Περιωπὴ,“ καὶ ἡ

bis quamplurima exprimat, ac tum maxime auditorem, cum ſuſpenſus adhuc eſt et exſpectans, deſerat. Atque hinc fit, vt breuitas obſcuritatem quandam inducat. Vt autem paucis complectar, quatuor ſunt in Thucydide velut inſtrumenta et organa dictionis, qua ipſe delectatur; poëtica ſcilicet verborum ſtructura, figurarum multiplex varietas, harmoniae et concentus aſperitas, et ſignificationis celeritas: colores vero, quibus hic vtitur, ſunt acerbus, amarus, denſus, auſterus, vehemens, grauis, et terribilis; et inprimis affectibus maioribus excitandis accommodatior. Talis igitur eſt in charactere dictionis, in quo a caeteris diſcrepat.

Thucydideae dictionis inſtrumenta et colores.

III. Gloſſematica itaque et obſoleta et populo obſcura ſunt haec, ἀκραιφνὲς, et περιλογισμὸς, et περιωπὴ, et ἀνακωχὴ, hiſque

Thucydidearum fi-

n Δηλονότι τις *Reg.* 2.

o In vulgatis *Thucyd.* ἐπιλογισμός: et p. 794. v. 2. πρέσβυσις. Pro ſequenti autem καταβολὴ legas fortaſſe καταβοή. Porro notandum, ex his, quae hic in *Thucydide* velut poëtica notantur, ab ipſo *Dionyſio* in *Antiqu. Rom.* vſurpari nonnulla, vt eſt hoc ipſum καταβοὴ, cum ſeq. duobus ἀχθηδὼν et δικαίωσις. Sic etiam e praecedentibus, quae notantur, vt gloſſematica, obſoleta, et obſcura, uſurpantur ab eodem in iiſdem *Antiqu.* ἀκραιφνὴς et ἀνακωχή.

„Ἀνακωχή,“ καὶ τὰ ὅμοια τούτοις. ποιητικὰ δὲ, ἥ τε Κωλύμη,“ καὶ ἡ „Πρεσβευσία,“ καὶ ἡ „Καταβολή,“ καὶ ἡ „Ἀχθηδών,“ καὶ ἡ „Δικαίωσις,“ καὶ τὰ παραπλήσια. ἡ δ' ἐν τοῖς σχηματισμοῖς καινότης τε καὶ πολυτροπία, καὶ ἡ ἐξαλλαγὴ τῆς συνήθους χρήσεως, ἐν ᾗ μάλιστα διαφέρειν αὐτὸν ἡγούμεθα τῶν ἄλλων, ἐπὶ τούτων γίγνεται τῶν ἔργων φανερά.

δ'. Ὅταν μὲν οὖν μίαν λέξιν, εἴτ' ὀνομαστικὴν, εἴτε ῥηματικὴν, ἐν πλείοσιν ὀνόμασιν, ἢ ῥήμασιν, ἐκφέρῃ, περιφράζων τὴν αὐτὴν νόησιν, τοιαύτην ποιεῖ τὴν λέξιν· „Ἦν γὰρ ὁ Θεμιστοκλῆς βεβαιότατα δὴ φύσεως ἰσχὺν δηλώσας, καὶ [p] διαφερόντως τι ἐς αὐτὸ μᾶλλον ἑτέρου ἄξιος θαυμάσαι.“ καὶ μὴν ἐν τῷ ἐπιταφίῳ γέγραφεν· „Οὐδ' αὖ κατὰ πενίαν, ἔχων δέ τι ἀγαθὸν δρᾶσαι τὴν πόλιν, ἀξιώματος [q] ἀφανείᾳ κεκώλυται.“ καὶ γὰρ ἐν

gurarum exempla in ſequentibus.

hiſque ſimilia. Poëtica vero ſunt, κωλύμη, et πρεσβευσία, et καταβολὴ, et ἀχθηδὼν, et δικαίωσις, et alia his affinia. Ipſa vero figurarum nouitas ac varietas, et a communi loquendi genere diſcrimen, in quo maxime illum ab aliis differre puto, ex his, quae ſequuntur hîc, fiet manifeſta.

IV. Cum igitur vnam dictionem, ſiue nominalem, ſiue verbalem, multis nominibus et verbis, eandem ſententiam varie circumſcribendo, effert, huiuſmodi dictionem conſtituit: Ἦν γὰρ ὁ Θεμιστοκλῆς βεβαιότατα δὴ φύσεως ἰσχὺν δηλώσας, καὶ διαφερόντως τι ἐς αὐτὸ μᾶλλον ἑτέρου ἄξιος θαυμάσαι. Et ſane in *Funebri oratione* ſcripſit: Οὐδ' αὖ κατὰ πενίαν, ἔχων δέ τι ἀγαθὸν δρᾶσαι τὴν πόλιν, ἀξιώματος ἀφανείᾳ κεκώλυται. Nam et in his ſignificatum ipſum

κωχή. *Sylb.* Pro περιλογισμὸς in *Reg.* 1. et 2. ἐπιλογισμός. pro ποιητικὰ in *Reg.* 2. ποιητική. pro πρεσβευσία in *Reg.* 2. et *Colb.* πρέσβευσις. et pro καταβολὴ in *Reg.* 2. καταβοή.

p Διαφερόντως τις αὐτὸν μᾶλλον *Reg.* 2. Sed noſtra lectio (inquit *Sylb.*) et infra reperitur p. 136. [iuxta *Ed. Sylb.*] vbi *Scholiaſtes* ἐς αὐτὸ exponit ἐς τὴν ἰσχὺν τῆς φύσεως.

q Ita in *MSS. Reg.* 1. et 2. et *Colb.* In *Ed. Steph.* ἀφανίᾳ: minus vſitate, vt notauit *Sylb.*

r Τὸν

τούτοις τὸ σημαινόμενον ποιεῖ [r] τὸν λόγον, ὡς ἐπὶ τοῦ Λακεδαιμονίου [s] Βρασίδα τέθεικεν, ὅτε μαχόμενος περὶ Πύλον ἀπὸ τῆς νεὼς τραυματίας γενόμενος ἐξέπεσε. πεσόντος δ' αὐτοῦ, φησίν· „Εἰς τὴν παρεξειρεσίαν ἡ ἀσπὶς περιεῤῥύη [t] εἰς θάλατταν.“ βούλεται γὰρ δηλοῦν τό· [u] „Ὄντος δὲ αὐτοῦ ἔξω τῆς νεὼς ἐπὶ τὰ προέχοντα μέρη τῆς εἰρεσίας.“

έ. Ἐν οἷς δὲ τὰ ῥηματικὰ μόρια τῆς λέξεως [x] ὀνομαστικῶς σχηματίζει, τοιαύτην ποιεῖ τὴν φράσιν· ἔστι δ' αὐτῷ πρὸς Ἀθηναίους ὁ Κορίνθιος ἐν τῇ πρώτῃ βίβλῳ τάδε λέγων· „Δικαιώματα μὲν οὖν τάδε πρὸς ὑμᾶς ἔχομεν, παραίνεσιν δὲ καὶ ἀξίωσιν χάριτος τοιάνδε.“ τὸ γὰρ „Παραινεῖν“ καὶ „Ἀξιοῦν,“ ῥήματα ὄντα, ὀνομαστικῶς γέγονε, „Παραίνεσις“ καὶ „Ἀξίωσις.“ ταύτης δ' ἐστὶ τῆς ἰδέας ἥ τε „Οὐκ ἀποτείχισις τοῦ

ipſum orationem facit, vti in Braſida Lacedaemonio, quando circa Pylon pugnando ſaucius e naui delapſus eſt: lapſum vero eius ita effert: Εἰς τὴν παρεξειρεσίαν ἡ ἀσπὶς περιεῤῥύη εἰς θάλατταν. vult porro hoc ſignificare: Ὄντος δὲ αὐτοῦ ἔξω τῆς νεὼς ἐπὶ τὰ προέχοντα μέρη τῆς εἰρεσίας.

V. In quibus partes orationis verbales nominaliter effert, huiuſmodi facit phraſin: nam in *primo libro* Corinthius quidam haec apud Athenienſes eloquitur: Δικαιώματα μὲν οὖν τάδε πρὸς ὑμᾶς ἔχομεν, παραίνεσιν δὲ καὶ ἀξίωσιν χάριτος τοιάνδε. Nam τὸ παραινεῖν et ἀξιοῦν, cum verba ſint, nomina fecit, παραίνεσις et ἀξίωσις. Huius formae eſt, οὐκ ἀποτείχισις τοῦ Πλημμυρίου, quam in

r Τὸν λόγον τοιοῦτον *Reg.* 1. et *Colb.*

s Βρασίδου *Reg.* 2.

t In *Codd.* quibuſdam illa εἰς θάλατταν hîc omittuntur, et in ſequentis periodi fine poſt τῆς εἰρεσίας collocantur: in aliis tam hîc, quam illic, reperiuntur.

u Pro ὄντος rectius legi πεσόντος manifeſtum eſt ex hoc ipſo loco *Thucydidis* [p. 221. v. 16. *Ed. Oxon.*] vbi, quid ſit παρεξειρεσία, explicat *Scholiaſtes. Sylb.*

x Ὀνομαστικῶς *Reg.* 1. 2. et *Colb.* vt et v. pen. in *Reg.* 1. et 2. verum ibi ὀνομαστικὰ habet *Colb.* Vide *Var. Lect.* ad p. 791. v. 3.

y Re-

Πλημμυρίου," ἣν ἐν τῇ ἑβδόμῃ βίβλῳ τέθεικεν ἐν δημηγορίᾳ. τὸ γὰρ „Ἀποτειχίσαι" καὶ „Ἀπολοφύρασθαι," [y] ῥηματικὰ ὄντα, ὀνομαστικῶς ἐσχημάτικεν, „Ἀποτείχισιν" καὶ „Ὀλόφυρσιν."

ſuum ſtudium induſtriamque collocauit: cumque ad exitum belli vita proceſſiſſet, non quaecunque in ſermonibus audiſſet, ſed quibus ipſe affuiſſet, quaeque eſſet expertus, in ſua ſcripta retulit; quae vero propter exſilium ſuum noſſe minus potuit, ea ſumſit ab iis, qui optime ipſi cognouiſſent. Ac ſuperiores quidem hiſtoricos duabus rebus excelluit: vna, quod ſcribendi argumentum delegit neque ſimplex omnino, ex vno tantum quaſi membro formatum, neque valde permixtum, in multa atque incongrua capita diſſectum: altera, quod fabuloſum in ſuos libros nihil induxit, neque in eam partem deflexit, vt multitudini fraudem et tanquam impoſturam faceret. quo in genere ſuperiores omnes peccauerant: qui Lamias commemorarunt neſcio quas in ſiluis et ſaltibus, e terra prodeuntes; et Naïdas in terra atque aqua pariter degentes ab inferis profectas, pelago innatantes, ſemiferas, cum hominibus coëuntes, et ex mortali diuinoque concubitu ſemideam ſobolem, et alia quaedam, quae noſtra aetas, vt incredibilia planeque delira, contemnat.

Quibus rebus ſuperiores hiſtoricos excelluerit.

VII. Ne-

ζʹ. Ταῦτα δ' εἰπεῖν προήχθην, οὐκ ἐπιτιμῶν ἐκείνοις τοῖς ἀνδράσιν, ἀλλὰ καὶ πολλὴν ἔχων συγγνώμην, εἰ καὶ τῶν μυθικῶν ἥψαντο πλασμάτων, ἐθνικὰς καὶ τοπικὰς ἐκφέροντες ἱστορίας· ἐν ἅπασι γὰρ ἀνθρώποις, καὶ κοινῇ κατὰ τόπους, καὶ κατὰ πόλεις ἰδίᾳ, μνῆμαί τινες ἐσώζοντο καὶ τῶν τοιούτων ἀκουσμάτων, ὥσπερ ἔφην· ἃς διαδεχόμενοι παῖδες παρὰ πατέρων, ἐπιμελὲς ἐποιοῦντο παραδιδόναι τοῖς ἐκγόνοις· καὶ τοὺς βουλομένους αὐτὰς εἰς τὸ κοινὸν ἐκφέρειν, οὕτως ἠξίουν συγγράφειν, ὡς παρὰ τῶν ἀρχαίων ἐδέξαντο. ἐκείνοις μὲν οὖν τοῖς ἀνδράσιν ἀναγκαῖον ἦν ποικίλλειν τοῖς μυθώδεσιν ἐπεισοδίοις τὰς τοπικὰς ἀναγραφάς. Θουκυδίδῃ δὲ, τῷ προελομένῳ μίαν ὑπόθεσιν, ᾗ παρεγίνετο αὐτὸς, οὐχ ἥρμοττεν ἐγκαταμιγνύειν τῇ διηγήσει τὰς θεατρικὰς γοητείας, οὐδὲ πρὸς τὴν ἀπάτην ἁρμόττεσθαι τῶν ἀναγνωσομένων, ἣν ἐκεῖναι πεφύκασι φέρειν αἱ συντάξεις· ἀλλὰ πρὸς τὴν ὠφέλειαν, ὡς αὐτὸς ἐν τῷ προοιμίῳ τῆς ἱστορίας δεδήλωκε, κατὰ λέξιν οὕτω γράφων· „Καὶ ἐς μὲν ἀκρόασιν ἴσως τὸ μὴ μυθῶδες αὐτῶν ἀτερπέστερον φα-

VII. Neque vero, vt haec dicerem, eo ſum adductus, quod illos viros accuſem: quibus etiam veniae multum tribuo, ſi, cum in explicanda nationum et locorum hiſtoria verſarentur, fabuloſa figmenta receperint: quandoquidem apud omnes homines, tum communiter de locis, tum proprie de vrbibus, monumenta quaedam ſeruabantur huiuſmodi, quas dixi, rerum auditione perceptarum: quas filii a patribus acceptas, ſuis deinde poſteris vt traderent, elaborarunt. quod ſi qui literis eas conſignare vellent, ab his vt ita plane exponerentur, quo modo de veteribus acceperant, dignum putabant. quapropter illos viros, vt locorum deſcriptiones fabuloſis additamentis variarent, neceſſitas compulit. Thucydidem autem, qui materiam vnam ad ſcribendum cepiſſet eorum, quibus ipſe affuerat, theatrales ludificationes inducere non decebat; neque ſe ad eum errorem, quem eiuſmodi ſcripta parere conſueuerunt, ſed potius ad vtilitatem legentium, accommodare: quod ipſe in hiſtoriae *prooemio* teſtatum reliquit; in quo haec ſcripſit ad verbum: „Et auditu quidem, vt quaeque pars fabularum expers,

νεῖται· ὅσοι δὲ βουλήσονται τῶν τε γενομένων τὸ σαφὲς σκοπεῖν, καὶ τῶν μελλόντων ποτὲ αὖθις κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, τοιούτων καὶ παραπλησίων ἔσεσθαι, ὠφέλιμα κρίνειν αὐτὰ, ἀρκούντως ἕξει· [y] κτῆμά τε ἐς αἰεὶ μᾶλλον, ἢ ἀγώνισμα ἐς τὸ παραχρῆμα, ἀκούειν ξύγκειται."

η΄. Μαρτυρεῖται δὲ τῷ ἀνδρὶ τάχα μὲν ὑπὸ πάντων φιλοσόφων τε καὶ ῥητόρων, εἰ δὲ μή, τῶν γε πλείστων, ὅτι καὶ τῆς ἀληθείας, ἧς [z] ἱερὰν εἶναι τὴν ἱστορίαν βουλόμεθα, πλείστην ἐποιήσατο πρόνοιαν· οὔτε προστιθεὶς τοῖς πράγμασιν οὐδὲν, ὃ μὴ δίκαιον, οὐδὲ ἀφαιρῶν, οὐδὲ ἐνεξουσιάζων τῇ γραφῇ· ἀνέγκλητον δὲ καὶ καθαρὰν τὴν προαίρεσιν ἀπὸ παντὸς φθόνου, καὶ πάσης κο-

pers, ita minus iucunda videbitur. quicunque autem et praeteritas res, et, * quantum humano conſilio licet, etiam futuras, praeteritis ſimiles, conſiderare planeque inſpicere voluerint, his, dum illa vtilitatem pariant, ſatis erit: emolumentumque potius, quod ſemper idem ſit, quam ſpectaculum, quod in praeſens oblectet, in ſcribendo cogitamus".

VIII. Ac de ipſo quidem et philoſophi et oratores omnes, aut, ſi non omnes, plerique certe, ita conſentiunt; de retinenda veritate, cui conſecratam eſſe hiſtoriam volumus, plurimum laboraſſe; nihil addidiſſe rebus, quod iuſtum non eſſet, nihil detraxiſſe, * nihil ad ſuam libidinem ſcripſiſſe; viam ſecutum eſſe, quae ab omni prorſus inuidia, omnique aſſentatio-

y De hoc loco ita *Plinius* Ep. lib. 5. ep. 8. *Nam plurimum refert, vt Thucydides ait, κτῆμα ſit, an ἀγώνισμα: quorum alterum oratio, alterum hiſtoria eſt.* Κτῆμα res perpetuae poſſeſſionis eſt, vt memoria hiſtoriarum: ἀγώνισμα conflictus, vt in contentione oratorum. *Quinctilianus* l. 10. c. 1. huc videtur reſpexiſſe. *Hiſtoria* (inquit) *ſcribitur ad narrandum, non ad probandum: totumque opus non ad actum rei pugnamque praeſentem, ſed ad memoriam poſteritatis et ingenii famam componitur. Cellarius.*

z In margine *Cod. Bodl.* ἱσ. ἱέρειαν.

* *Vt res humanae ferunt.*

* *Nulla in ſcribendo licentia vſum eſſe.*

a Ni-

λακείας φυλάττων, μάλιστα δ' ἐν ταῖς περὶ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν γνώμαις. καὶ γὰρ Θεμιστοκλέους ἐν τῇ πρώτῃ βίβλῳ μνησθεὶς, τὰς ὑπαρχούσας αὐτῷ ἀρετὰς ἀφθόνως ἐπελήλυθε· καὶ τῶν Περικλέους πολιτευμάτων ἁψάμενος ἐν τῇ δευτέρᾳ βίβλῳ, τῆς διαβεβοημένης περὶ αὐτοῦ δόξης ἄξιον εἴρηκεν ἐγκώμιον· περί τε Δημοσθένους τοῦ στρατηγοῦ, καὶ Νικίου τοῦ [a] Νικηράτου, καὶ Ἀλκιβιάδου τοῦ Κλεινίου, καὶ ἄλλων στρατηγῶν τε καὶ ῥητόρων ἀναγκασθεὶς λέγειν, ὅσα προσήκοντα ἦν ἑκάστῳ, δεδήλωκε. παραδείγματα δὲ περὶ αὐτῶν φέρειν οὐ δέομαι τοῖς διεληλυθόσιν αὐτοῦ τὰς ἱστορίας. ταῦτα μὲν οὖν ἂν ἔχοι τις εἰπεῖν, ἃ περὶ τὸν πραγματικὸν τόπον ὁ συγγραφεὺς κατορθοῖ, καλὰ, καὶ μιμήσεως ἄξια. κράτιστον δὲ πάντων, τὸ μηδὲν ἑκουσίως ψεύδεσθαι, μηδὲ μιαίνειν τὴν αὐτοῦ συνείδησιν.

θ'. Ἃ δ' ἐλλιπέστερον κατεσκεύασε, καὶ ἐφ' οἷς ἐγκαλοῦσιν αὐτῷ τινὲς, περὶ τὸ τεχνικώτερον μέρος ἐστὶ

tatione, praeſertim vbi de inſignibus ad laudem viris iudicat, longiſſime abeſſet. Nam cum in *primo libro* de Themiſtocle loqueretur, virtutes, quibus ille floruit, copioſe admodum commemorauit: cum vero de Periclis in adminiſtranda rep. conſiliis mentionem in *ſecundo libro* faceret, laudes in eum effudit, quas tanti viri gloria poſtulabat. eodemque modo, cum de Demoſthene duce, cum de Nicia, Nicerati, de Alcibiade, Cliniae filio, deque aliis, et ducibus et oratoribus, dicendum ei neceſſario eſſet, quae cuique conueniebant, expoſuit. quae probare exemplis non puto mihi opus eſſe apud eos, qui hiſtorias eius peragrarunt. Haec igitur, quae Thucydides, quod ad res attinet, egregie praeſtet, poſſit aliquis dicere. Quae cum praeclara ſint, atque imitatione digna; tamen hoc in illo ſummum eſt, quod neque mendacium voluntario dicit, neque ſuam ipſe conſcientiam contaminat.

IX. Quae autem in eo minus abſoluta videntur, et in quibus carpitur a nonnullis, in ea hiſtoricae materiae parte ſunt

Quae in Thucydide deſunt

a Νικοστράτου] Omnino cum *Thucydidis* exemplaribus ſcribendum Νικηράτου.

b Περὶ

τοῦ πραγματικοῦ, τὸ λεγόμενον μὲν οἰκονομικὸν, ἐν ἁπάσαις δὲ γραφαῖς ἐπιζητούμενον, ἐάν τε φιλοσόφους προέληταί τις ὑποθέσεις, ἐάν τε ῥητορικάς. ταῦτα δέ ἐστι τὰ περὶ τὴν διαίρεσιν, καὶ τὰ [b] περὶ τὴν τάξιν, καὶ τὰ περὶ τὰς ἐξεργασίας. ἄρξομαι δ' ἀπὸ τῆς διαιρέσεως, προειπὼν, ὅτι τῶν πρὸ αὐτοῦ γενομένων συγγραφέων, ἢ κατὰ τόπους μεριζόντων τὰς ἀναγραφὰς, ἢ κατὰ χρόνους εὐπαρακολουθήτους, ἐκεῖνος οὐδετέραν τούτων τῶν διαιρέσεων ἐδοκίμασεν. οὔτε γὰρ τοῖς τόποις, ἐν οἷς αἱ πράξεις ἐπετελέσθησαν, ἀκολουθῶν ἐμέρισε τὰς διηγήσεις, ὡς Ἡρόδοτός τε καὶ Ἑλλάνικος καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν πρὸ αὐτοῦ συγγραφέων ἐποίησαν· οὔτε τοῖς χρόνοις, ὡς οἱ τὴν τοπικὴν ἐκδόντες ἱστορίαν, προείλοντο, ἤτοι ταῖς διαδοχαῖς τῶν βασιλέων μερίζοντες τὰς ἀναγραφὰς, ἢ ταῖς τῶν ἱερέων, ἢ ταῖς περιόδοις τῶν ὀλυμπιάδων, ἢ τοῖς ἀποδεικνυμένοις ἄρχουσιν ἐπὶ τὰς ἐνιαυσίους ἀρχάς. καινὴν δέ τινα καὶ ἀτριβῆ τοῖς ἄλλοις πο-

ſunt poſita, quae plus habet artificii, atque oeconomiae nomine appellata, in omnibus, ſiue quis philoſophicam, ſiue oratoriam materiem ſumſerit, inprimis requiritur. Haec vero ea ſunt, quae ad diſtributionem, ad ordinem, ad amplificandi ſtudium pertinent. Ordiar autem ab ipſa diuiſione; praefatus illud, quod, cum ſuperiores hiſtorici ſua ſcripta, vel locis, vel temporibus apte continuatis, diſtinxerint; vnus hic ex his diuiſionibus neutram probarit. narrationes enim ita diſpoſuit, vt neque loca perſequeretur, vbi geſtae res erant; (quod Herodotus, Hellanicuſque, et alii nonnulli ante illius aetatem hiſtorici fecerant) neque tempora, quod eos, qui agentem de locis hiſtoriam edidere, ſecutos eſſe conſtat: quibus vel ad regum, aut ſacerdotum, ſucceſſiones, vel ad Olympiadum ambitus, vel ad Archontum annuos principatus, ſuorum librorum diuiſionem placuit accommodare. Cumque nouam quandam, neque ab

ſiderentur.

b Περὶ τάξιν] Malim cum articulo περὶ τὴν τάξιν, vt in praeced. et ſeq. commate. *Sylb.*

ε Θε-

ϱευθῆναι βουληθεὶς ὁδὸν, [c] θερείαις καὶ χειμερείαις ἐμέριϛε τὴν ἱϛορίαν. ἐκ δὲ τούτου συμβέβηκεν αὐτῷ τοὐναν-

ab aliis tritam viam inire voluiſſet, in aeſtates et hyemes hiſtoriam partitus eſt. cuius conſilii non is, quem ipſe putauerat, exitus

c θερείαις καὶ χειμερείαις ἐμέριϛε τὴν ἱϛορίαν] Carpit hic *Thucyd.* quod in aeſtates et hyemes hiſtoriam ſuam diuiſerit; quo factum ſit, vt res minime perpetua ſerie cohaerentes, ſed breuibus conciſae ſegmentis, obſcuram et difficilem narrationem effecerint. Haec ille. Ego autem non video, quomodo haec in aeſtates et hyemes rerum diuiſio ita conciſam et minutam efficiat narrationem. Tollatur enim hyemis, tollatur aeſtatis mentio: nihilo minus eodem res ordine ſtabunt. Nec dubito, quin, ſi, omiſſa hac partitione, ſecundum Archontum, vel Olympiadum, annos *Thucydides* narraſſet, eadem interualla et eundem rerum ordinem obſeruaturus fuerit. Inſpiciatur autem totus *Thucydides*, nuſquam aeſtatis, vel hyemis, mentione narrationem conſcindere, vel in medio rerum ordine ſeriem abrumpere, coactum ſcriptorem reperies. Nec dubia cauſa eſt: cum hyemis namque aduentu arma plerumque et res omnes ponuntur, interim alia tempori apta et conuenientia aguntur: aeſtatis initio omnia reſumuntur, et res de integro geruntur. Vnde qui ſecundum aeſtates et hyemes ſcribit auctor ipſam rerum geſtarum naturam ſequitur, neque res cohaerentes diuellit, ſed per ſe ſeparatas ſeparatim recenſet. Quod vero non ſemper integram aliquam abſoluit, ſed aliquo vſque perducta narratione ſubſiſtit, et aliis quibuſdam interiectis, tandem coepta pertexit: id profecto cum omnibus fere Hiſtoricis, qui modo vel paulo amplam hiſtoriam ſcripſere, *Thucydidi* commune eſt. Nec id eorum vitio euenit, ſed rerum geſtarum conditio et euentus requirit. Nam cum in vno bello ſaepe res quatuor, aut quinque, locis diuerſae gerantur; et ſaepe in alio loco res fiant, ſine quarum cognitione ea, quae poſtea in hoc euenerunt, intelligi non poſſint: non ſane video, quid aliud agere Hiſtoricus poſſit, quam vt vna narratione ad ſtabilem quendam terminum, vt vrbis alicuius obſidionem, inducias, aut ſimile, perducta, ea, quae in aliis locis eodem tempore geſta ſunt, recenſeat, indeque ad priora reuerſus vna cum modo rerum geſtarum vel ſubſiſtat in narrando, vel pergat. Si hoc a ſcriptore requiras, vt ſingula plane ſeparatim, et ſecundum loca potius, quod placet *Diony-*

τίον, ἢ προσεδόκησεν. οὐ γὰρ σαφεστέρα γέγονεν ἡ διαίρεσις τῶν χρόνων, ἀλλὰ δυσπαρακολουθητοτέρα κατὰ τὰς ὥρας. ἐφ' ᾧ θαυμάζειν ἄξιον, πῶς αὐτὸν ἔλαθεν, ὅτι, πολλῶν ἅμα πραγμάτων κατὰ πολλοὺς τόπους γινομένων, εἰς μικρὰς κατακερματιζομένη τομὰς ἡ διήγησις, οὐκ ἀπολήψεται τὸ τηλαυγὲς φῶς ἐκεῖνο καὶ καθαρὸν, ὡς ἐξ αὐτῶν γίνεται τῶν πραγμάτων φανερόν. ἐν γοῦν τῇ τρίτῃ βίβλῳ· ταύτῃ γὰρ ἀρκεσθήσομαι μόνον· τὰ περὶ Μιτυληναίους ἀρξάμενος γράφειν, πρὶν ὅλην ἐκπληρῶσαι τὴν διήγησιν, ἐπὶ τὰ Λακεδαιμονίων ἄπεισιν ἔργα· καὶ οὐδὲ ταῦτα συγκορυφώσας, τῆς Πλαταιέων μέμνηται πολιορκίας. ἀφεὶς δὲ καὶ ταύτην ἀτελῆ, τοῦ Μιτυληναϊκοῦ μέμνηται πολέμου· εἶτ' ἐκεῖθεν ἄγει τὴν

Partitionem hiſtoriae non recte inſtituit.

exitus eſt conſecutus. factum eſt enim, non vt apertior fuerit temporum diſtributio ad anni partes facta; ſed eiuſmodi, quam animi minus facile aſſequerentur. Qua in re licet illum iure mirari, qui non viderit futurum, vt, cum multae ſimul res multis in locis gererentur, breuibus quaſi ſegmentis conciſa narratio, praeclarum illud purumque lumen capere nequiret. quod ipſis ex rebus perſpicue patet. Nam in *tertio libro* (vt hoc vno exemplo contentus ſim) de Mitylenaeis aggreſſus ſcribere, narrationem priusquam vniuerſam abſolueret, ad Lacedaemoniorum res geſtas diuertit: quibus nondum impoſito fine, Plataeenſium obſidionem commemorat. eamque mox imperfectam dimittens, Mitylenenſis belli mentionem infert: deinde

Dionyſio, recenſeat: de vno plerumque bello hiſtoriae decem, vel plures, erunt ſcribendae; vt de praeſente bello, alio libro erunt explicanda, quae per 27. annos in Attica geſta ſunt, alio, quae in Sicilia, alio, quae in Peloponneſo, (niſi et hunc in quinque ſuas regiones diuidere malis) alio, quae in Thracia, alio, quae apud Acarnanes, alio, quae in Aſia, etc. quo modo hiſtoria fieret plane nulla, et nec intelligi, nec retineri, quidquam poſſet. Vnum enim hoc fuit et cohaerens bellum, et ſaepe, quae in Sicilia, vel Thracia, euenerunt, cauſſa fuerunt illorum, quae in Attica, aut Peloponneſo, acciderunt: rurſus in his locis geſta ſunt, quae in illis effectum ſunt ſortita. *Acacius.*

d Κα-

διήγησιν ἐπὶ τὰ περὶ Κέρκυραν, ὡς ἐστασίασαν, οἱ μὲν Λακεδαιμονίους, οἱ δ᾽ Ἀθηναίους ἐπαγόμενοι. ἀφεὶς δὲ καὶ ταῦτα ἡμιτελῆ, περὶ τῆς εἰς Σικελίαν στρατείας τῆς προτέρας Ἀθηναίων ὀλίγα λέγει. εἶτα Ἀθηναίων ἔκπλουν ἐπὶ Πελοπόννησον ἀρξάμενος λέγειν, καὶ Λακεδαιμονίων τὴν ἐπὶ Δωριεῖς στρατείαν, τὰ περὶ Λευκάδα πραχθέντα ὑπὸ Δημοσθένους τοῦ στρατηγοῦ, καὶ τὸν πρὸς Αἰτωλοὺς πόλεμον ἐπιπορεύεται· ἐκεῖθεν δ᾽ ἄπεισιν ἐπὶ Ναύπακτον. ἀτελεῖς δὲ καὶ τοὺς ἠπειρωτικοὺς πολέμους καταλιπὼν, Σικελίας ἅπτεται πάλιν. καὶ μετὰ τοῦτο Δῆλον [d] καθαίρει, καὶ τὸ Ἀμφιλοχικὸν Ἄργος πολεμούμενον ὑπὸ Ἀμβρακιωτῶν καταλείπει. καὶ τί δεῖ πλείω λέγειν; ὅλη γὰρ ἡ βίβλος οὕτω συγκέκοπται, καὶ τὸ διηνεκὲς τῆς ἀπαγγελίας ἀπολώλεκε. πλανώμεθα δὴ, καθάπερ εἰκὸς, καὶ δυσκόλως τοῖς δηλουμένοις παρακολουθοῦμεν, ταραττομένης ἐν τῷ διασπᾶσθαι τὰ

deinde ſermonem eo conuertit, vt, quo modo Corcyrae, ſeditione facta, alii Lacedaemonios, alii Athenienſes accerſiuerint, exponat. Hanc vero partem omittens inchoatam, de Athenienſium priori expeditione in Siciliam pauca narrat. poſtea, cum Athenienſium in Peloponneſum nauigationem et Lacedaemoniorum aduerſus Dorienſes expeditionem demonſtrare eſſet exorſus, ad ea, quae ad Leucadem a Demoſthene duce geſta ſunt, et ad Aetolorum bellum tranſit. inde Naupactum abit. nec, * Epiroticis bellis ad exitum perductis, Siciliam rurſus attingit. poſtea, quemadmodum Delus expurgaretur, oſtendit; Argoſque Amphilochicos, ab Ambraciotis oppugnatos, relinquit. Quid multis opus eſt? totus enim liber ita conciſus perpetuam hiſtoriae ſeriem amiſit. Accidit autem, id quod conſentaneum eſt, vt vagemur, nec facile, quae traduntur, ſtudio conſequamur; cum ex diuulſione rerum perturbata

d Καθαιρεῖ] Barytonως legendum *καθαίρει, purgat, expiat:* vt manifeſtum eſt ex his *Thucyd.* [p. 207. *Ed. Oxon.*] τοῦ δ᾽ αὐτοῦ χειμῶνος καὶ Δῆλον ἐκάθηραν Ἀθηναῖοι, κατὰ χρησμὸν δή τινα. *Sylb.*

* *Abſolutis bellis, quae per continentem gerebantur, Sic. r. e Sc.*

πράγματα τῆς διανοίας, καὶ τὰς ἡμιτελεῖς τῶν ἀκουσθέντων μνήμας οὐ ῥᾳδίως, οὐδ᾽ ἀκριβῶς, ἀναφερούσης. χρὴ δὲ τὴν ἱστορικὴν πραγματείαν εἰρομένην καὶ ἀπερίσπαστον εἶναι, ἄλλως τε ἐπειδὰν περὶ πολλῶν γίνηται πραγμάτων καὶ δυσκαταμαθήτων. ὅτι δ᾽ οὐκ ὀρθὸς ὁ κανὼν οὗτος, οὐδ᾽ οἰκεῖος ἱστορίᾳ, δῆλον. οὐδεὶς γὰρ τῶν μεταγενεστέρων συγγραφέων θερείαις καὶ χειμῶσι διεῖλε τὴν ἱστορίαν· ἀλλὰ πάντες [e] τὰς τετριμμένας ἄγειν ἐπὶ τὴν σαφήνειαν μετῆλθον.

ι΄. Αἰτιῶνται δὲ καὶ τὴν τάξιν αὐτοῦ τινὲς, ὡς οὔτ᾽ ἀρχὴν τῆς ἱστορίας εἰληφότος, ἣν ἐχρῆν, οὔτε τέλος ἐφηρμοκότος αὐτῇ τὸ πρέπον· οὐκ ἐλάχιστον μέρος εἶναι λέγοντες οἰκονομίας ἀγαθῆς, ἀρχήν τε λαβεῖν, ἧς οὐκ ἂν εἴη τι πρότερον, καὶ τέλει περιλαβεῖν τὴν πραγματείαν, ᾧ δόξῃ μηδὲν ἐνδεῖν· ὧν οὐδετέρου πρόνοιαν αὐτὸν πεποιῆσθαι τὴν προσήκουσαν. τὴν δ᾽ ἀφορμὴν αὐτοῖς τῆς κατηγορίας ταύτης ὁ συγγραφεὺς παρέσχηται·

turbata mens, imperfectas notitias ipſa ſibi commode perfecteue referre non poſſit. hiſtoricam enim narrationem perpetuo veluti filo ductam et colligatam oportet eſſe; praeſertim vbi res exponuntur et multae, et quae percipi non facile queant. Non eſſe autem rectam, qua ille vſus eſt, neque aptam hiſtoriae regulam, ſatis conſtat. neque enim de poſterioribus hiſtoricis, qui ſua ſcripta in aeſtates et hyemes diſtribueret, quiſquam fuit: omneſque potius id maluerunt, vt ad perſpicuas rerum intelligentias tritis itineribus narrationem perducerent.

Ordo eius et diſpoſitio reprehenditur.

X. Sunt etiam, qui, quod ad ordinem ſpectat, illum accuſent; quod hiſtoriam neque, quo opus erat, principio ſit ingreſſus; neque, quo decebat, fine concluſerit: cum ita dicant, diſponendi laudem non eſſe minimam, principium, quo non aliquid ſit prius, capere, et fine, cui nihil videatur deeſſe, comprehenſam narrationem terminare: quarum rerum ab ipſo neutram ſatis accurate animaduerſam eſſe. Occaſionem porro huius accuſationis hiſtoricus praebuit, qui cum ita propo-

e Sc. ὁδούς.

f Sc.

προειπὼν γὰρ, ὡς μέγιςος ἐγένετο τῶν πρὸ αὐτοῦ πολέμων ὁ Πελοποννησιακὸς, χρόνου τε μήκει, καὶ παθημάτων πολλῶν συντυχίαις, τελευτῶν τοῦ προοιμίου τὰς αἰτίας βούλεται πρῶτον εἰπεῖν, ἀφ' ὧν τὴν ἀρχὴν [f] ἔλαβε. [g] διττὰς δὲ ταύτας ὑποθέμενος, τήν τ' ἀληθῆ

propoſuiſſet; omnium bellorum, et temporum diuturnitate, et multarum calamitatum euentis, illud fuiſſe maximum, quod in Peloponneſo geſtum eſt, in extremo *prooemio* cauſas primum, vnde principium duxit, aggreditur explicare. duaſque cum oſtendiſſet, vnam veram, nec tamen vulgo notam, Athenienſium

[f] *Sc.* ὁ πόλεμος.

[g] Διττὰς δὲ ταύτας ὑποθέμενος] Hic ordinem narrationis *Thucydideae* reprehendit *Dionyſius*; quod, cum duas praepoſuiſſet belli cauſas, alteram veram, de potentia Athenienſium, alteram fictam et praetextam, de rebus ad Epidamnum et Potidaeam geſtis, falſam tamen et poſteriorem prius, veram de incrementis et viribus Athenienſium poſterius narrarit. At vero naturam poſtulare, vt priora poſterioribus, vera falſis, prius narrentur. Ego autem viciſſim non video, cur ſemper priora ſequentibus, et multo minus, cur vera falſis, in narrando ſint praeponenda. *Fabius* certe oratorem non ſemper eo ordine, quo quid eſt actum, narrare iubet, ſed eo modo, quo expedit: itaque interim, ait, re expoſita, cauſſas ſubiungi poſſe, quae anteceſſerunt. Quod ſi *Thucydides*, praemiſſa falſa cauſa, ipſum bellum narrare orſus, poſtea demum veram aperuiſſet, reprehendi fortaſſe poſſet. Nunc, antequam belli initium faciat, vtramque cauſſam abſolute, tam veram, quam falſam, enarrans, nihil hac in parte peruertit. Sed nec illud omnino verum eſt, quod *Thucydides* falſas cauſſas ante veras enarret. Veram enim cauſſam ait fuiſſe Athenienſium potentiam, quae Lacedaemoniis nimis creſcere viſa, eos in arma compulerit. Hanc vero in ipſo prooemio (vtpote rem ſui iudicii, non ab omnibus approbatam et conclamatam) ſtatim indicauerat, oſtendens, quomodo ex parua et humili maximam et florentiſſimam rempub. fecerint Athenienſes, quomodo cum Medis bella geſſerint, quomodo Graecos ſibi ſubiecerint, quomodo cum Lacedaemoniis contenderint. Tandem vero, apertiſſimis verbis indicata vera cauſſa, ad reliquas belli occaſiones, quibus tamdiu ſopitus ignis eruperit, enarrandas tranſit. Nam vt illas priores pluribus explicaret, nec

μὲν, ȣ̓κ εἰς ἅπαντας δὲ λεγομένην, τὴν αὔξησιν τῆς Ἀθηναίων πόλεως· καὶ τὴν ȣ̓κ ἀληθῆ μὲν, ὑπὸ δὲ Λακεδαιμονίων πλαττομένην, τὴν Ἀθήνηθεν ἀποςαλεῖσαν Κερκυραίοις κατὰ Κορινθίων συμμαχίαν, ȣ̓κ ἀπὸ τῆς ἀληθȣ͂ς καὶ αὐτῷ δοκȣ́σης, τὴν ἀρχὴν πεποίηται τῆς διηγήσεως, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ἑτέρας, κατὰ λέξιν ȣ̔́τω

ſium ciuitatis incrementum; alteram falſam, quam tamen Lacedaemonii fingerent, ſubſidium Corcyraeis aduerſus Corinthios ab Athenienſibus miſſum: non a vera cauſa, neque ab ea, quam ipſe probaret, ſed ab altera, ſumſit initium. ſcripſit enim

nec *Dionyſius*, nec alius iniquior, requirere potuiſſet: peculiarem enim illa potius et longiorem inſtituto hiſtoriam flagitarent: et cauſſae bellorum repetendae ſunt proximae, non vltimae; vt monet *Ant. Viperanus* in lib. de ſcribenda hiſt. Potius igitur longe fuit, *Thucydidem*, indicata perſpicuis et paucis verbis vera belli cauſſa, inde ad occaſiones (et illas belli cauſſas tantas, vt, ſi non interueniſſent, nondum protinus bellum cooriturum fuiſſe, multae circumſtantiae doceant) percenſendas tranſire, quam ab ipſis Athenarum primordiis auſpicando, ingens ſibi praeter animi ſententiam onus imponere; quod ſi faciendum neceſſario eſſet, nemo quiſquam particularem hiſtoriam ſcribere, ſed omnes quam longiſſime res arceſſere deberent; quandoquidem is eſt rerum humanarum ordo, vt mutuo quodam nexu omnia cohaereant, et ſemper poſteriora habeant aliquam cognationem cum prioribus. At vero, inquit *Dionyſius*, ipſe *Thucyd.* hunc locum hiſtoria dignum, vtpote ab aliis praetermiſſum, iudicauit: itaque et ſuo ordine et copioſius omnia narrare debuiſſet. Sed nego, id ex *Thucydidis* verbis ſequi: digreſſione enim illum locum *Thucyd.* non abſoluta hiſtoria, ſe expoſiturum, dicit. Id vero non potuiſſet commodiore loco facere: poſuit enim ante initium belli, et poſuit eo in loco, vbi maxime de bello ſuſcipiendo deliberatur. Quod ſi ab initio hanc hiſtoriam collocaſſet, copioſius omnia, praeter inſtitutae hiſtoriae argumentum, explicari oportuiſſet, ne vel principium ſequenti narrationi belli Peloponneſiaci inaequale videretur, vel ipſe negligentiae alicuius, aut imprudentiae, accuſari poſſet. *Acacius.*

b In

γράφων· [h] „Ἤρξαντο δὲ Ἀθηναῖοι αὐτοῦ καὶ Πελοποννήσιοι, λύσαντες τὰς τριακοντούτεις σπονδὰς, αἳ αὐτοῖς ἐγένοντο [i] μετὰ τὴν Εὐβοίας ἅλωσιν. διότι δὲ ἔλυσαν, τὰς αἰτίας προέγραψα πρῶτον, καὶ τὰς διαφορὰς τοῦ μή τινας ζητῆσαί ποτε, ἐξ ὅτου τοσοῦτος πόλεμος τοῖς Ἕλλησι κατέστη. τὴν μὲν γὰρ ἀληθεστάτην πρόφασιν, ἀφανεστάτην δὲ λόγῳ, τοὺς Ἀθηναίους ἡγοῦμαι, μεγάλους γιγνομένους, καὶ φόβον παρέχοντας τοῖς Λακεδαιμονίοις, ἀναγκάσαι ἐς τὸ πολεμεῖν. αἱ δὲ ἐς τὸ φανερὸν λεγόμεναι αἰτίαι, αἵδ' ἦσαν ἑκατέρων· ἀφ' ὧν λύσαντες τὰς σπονδὰς, ἐς τὸν πόλεμον κατέστησαν· Ἐπίδαμνός ἐστι πόλις ἐν δεξιᾷ ἐσπλέοντι τὸν Ἰόνιον κόλπον. προσοικοῦσι δ' αὐτὴν Ταυλάντιοι βάρβαροι, Ἰλλυρικὸν ἔθνος.“ καὶ μετὰ τοῦτο διεξέρχεται τὰ περὶ Ἐπίδαμνον, καὶ τὰ περὶ Κέρκυραν, καὶ τὰ περὶ Ποτίδαιαν, καὶ τὴν Πελοποννησίων σύνοδον εἰς Σπάρτην, καὶ τοὺς ῥηθέντας ἐκεῖ

enim haec ad verbum: „Origo autem ipſius ab Athenienſibus et Peloponneſiis, ſoluto, quod in annos triginta poſt captam Euboeam percuſſum erat, foedere, manauit. qui cur initum foedus diremerint, et cauſas, et diſſenſiones, primum oſtendi; ne quis, vnde tantum inter Graecos bellum exſtiterit, aliquando poſſet exquirere. Veriſſimam enim cauſam, licet in ſermonibus occultam, opinor hanc fuiſſe, quod, Athenienſibus eas vires adeptis, vt Lacedaemoniis formidabiles eſſent, bellum neceſſario ſit excitatum. quae vero palam iactabantur cauſae, quibus factum eſt, vt foedera rumperentur, et bellum inter eos gereretur, huiuſmodi erant. Epidamnus eſt vrbs ad dexteram ſita nauigantibus in Ionium ſinum. incolunt autem ipſam, Illyrica natio, barbari Taulantii“. Mox, quae ad Epidamnum, ad Corcyram, ad Potidaeam geſta ſunt, et Peloponnenſium conuentum in vrbem Spartam, et orationes illic

h In *Thucyd.* [*Ed. Oxon.* p. 14.] tranſpoſito pronomine, ſic legitur: ἤρξαντο δὲ αὐτοῦ Ἀθ. καὶ Πελ. itidemque infra p. 146. [iuxta *Ed. Sylb.*] *Sylb.*

i Μετὰ Εὐβοίας ἅλωσιν in *Thucyd.* exemplaribus, et mox δ' ἔλυσαν et ἔγραψα.

κατὰ τῆς Ἀθηναίων πόλεως λόγȣς. ταῦτα δὲ μέχρι δισχιλίων ἐκμηκύνας ςίχων, τότε περὶ τῆς ἑτέρας αἰτίας τὸν λόγον ἀποδίδωσι τῆς ἀληθȣ̃ς τε καὶ αὐτῷ δοκȣ́σης, ἐνθένδε ἀρξάμενος· Ἐψηφίσαντο δὲ οἱ Λακεδαιμόνιοι τὰς σπονδὰς λελῦσθαι καὶ [k] πολεμεῖν Ἀθηναίοις, ȣ̓ τοσȣ̃τον τῶν συμμάχων πεισθέντες τοῖς λόγοις, ὅσον φοβȣ́μενοι τȣ̀ς Ἀθηναίȣς, μὴ [l] ἐπὶ μεῖζον δυνηθῶσιν, ὁρῶντες αὐτοῖς τὰ πολλὰ τῆς Ἑλλάδος ὑποχείρια ἤδη ὄντα. οἱ γὰρ Ἀθηναῖοι τρόπῳ τοιῷδε ἦλθον ἐπὶ τὰ πράγματα, ἐν οἷς ηὐξήθησαν.“ οἷς ἐπιτίθησι τὰ ἔργα τῆς πόλεως, ὅσα μετὰ τὸν Περσικὸν πόλεμον ἕως τȣ̃ Πελοποννησιακȣ̃ διεπράξαντο, κεφαλαιωδῶς καὶ ἐπιτροχάδην ἐν ἐλάττοσιν, ἢ πεντακοσίοις ςίχοις. ἀναμνησθεὶς δ', ὅτι πρότερα τῶν Κερκυραϊκῶν ἦν, καὶ ȣ̓κ ἀπ' ἐκείνων ἔλαβε τὴν ἀρχὴν ὁ πόλεμος, ἀλλ' ἀπὸ τȣ́των, ταῦτα πάλιν κατὰ λέξιν γράφει „Μετὰ ταῦτα δὲ ἤδη γίγνεται ȣ̓ πολλοῖς ἔτεσιν ὕςερον τὰ προειρημένα, τά τε

lic habitas aduerſus Athenienſium ciuitatem, commemorat; atque haec ita producit, vt ad verſuum duo millia conſumat. quo demum in loco altera de cauſa, quae et eſt et ipſi videtur eſſe vera, differit; hinc exorſus: „Decreuerunt autem Lacedaemonii, ſolutum eſſe foedus, atque Athenienſibus inferri bellum oportere: non tam ſociorum ſermonibus in eam mentem adducti, quam metu, ne nimium creſcerent vires Athenienſium, quorum ditioni iam ſubiectam Graeciae maiorem partem viderent. Athenienſes enim ad eas res, quae incrementum illis attulerunt, huiuſmodi ratio perduxit“. Deinde ea, quae a Perſico bello ad Peloponneſiacum ciuitas geſſit, per capita curſimque ſubiungit, in paucioribus, quam quingentis verſibus. Rurſus, cum illa rebus Corcyraeis anteire, neque ab illis, ſed ab his, manaſſe principium belli recordatus eſſet, ſcribit haec ad verbum: „Poſt haec autem, quae iam expoſuimus, haud multis poſt annis, conſecutae ſunt * inter Corcyram

k In *Thucyd.* p. 49. *Ed. Oxon.* πολεμητέα εἶναι pro πολεμεῖν.

l In margine *Cod. Bodl.* ἴσ. ἔτι.

* *Res Corcyraïcae ac Potidaea-*

Κερκυραϊκὰ καὶ τὰ Ποτιδαιατικὰ, καὶ ὅσα πρόφασις [m] *τȣ̃δε τȣ̃ πολέμȣ κατέϛη. ταῦτα δὲ ξύμπαντα, ὅσα ἔπραξαν οἱ Ἕλληνες πρός τε ἀλλήλȣς καὶ (πρὸς) τὸν βάρβαρον, ἐγένετο ἐν ἔτεσι πεντήκοντα μάλιϛα, μεταξὺ τῆς τε Ξέρξȣ ἀναχωρήσεως, καὶ τῆς ἀρχῆς τȣ̃δε τȣ̃ πολέμȣ· ἐν οἷς οἱ Ἀθηναῖοι τήν τε ἀρχὴν ἐγκρατεϛέραν κατεϛήσαντο, καὶ αὐτοὶ ἐπὶ μέγα ἐχώρησαν δυνάμεως· οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι, αἰσθόμενοι, ȣ̓́τε ἐκώλυον, εἰ μὴ ἐπὶ βραχὺ,* [n] *ἡσυχάζοντες τὸ πλέον τȣ̃ χρόνȣ, ὄντες μὲν καὶ πρὸ τȣ̃ μὴ ταχεῖς ἰέναι ἐς τȣ̀ς πολέμȣς, εἰ μὴ ἀναγκάζοιντο, τὸ δέ τι καὶ πολέμοις οἰκείοις ἐξειργόμενοι· πρὶν δὴ ἡ δύναμις τῶν Ἀθηναίων σαφῶς ἤρετο, καὶ τῆς ξυμμαχίας αὐτῶν ἥπτοντο· τότε δὲ ȣ̓κέτι ἀνασχετὸν ἐποιȣ̃ντο, ἀλλ᾽ ἐπιχειρητέα ἐδόκει εἶναι πάσῃ*

cyram et Potidaeam diſſenſiones, et quaecunque hoc bellum ſuſcitarunt. quae ſimul omnia, et quae inter ipſos, et quae aduerſus barbarum Graeci geſſerunt, annis ſummum quinquaginta perfecta ſunt; quot a diſceſſu Xerxis ad huius belli principium numerantur: cum interim Athenienſes et principatum confirmarunt, et maiores opes ipſi ſibi compararunt. quod Lacedaemonii cum intelligerent, non tamen, vt obſiſterent, niſi ad breue ſpatium, adducebantur; et maiorem temporis partem quieſcebant: quippe qui nec antea, niſi neceſſitas cogeret, facile bella ſuſciperent; et tunc domeſticis etiam contentionibus diſtinerentur. * Verum enimuero cum Athenienſes opibus manifeſto creſcerent, initamque inter eos ſocietatem laederent: tunc non iam eſſe vltra ferendum cenſuerunt,

daeaticae, et quaecunque huic bello anſam praebuere.

m Μεταξὺ [quod in vulgatis inter πρόφασις et τȣ̃δε legitur] additum e vulg. editionibus. et rurſum ab eiſdem abeſt incluſa πρὸς v. 3. Exſtat autem locus [*Ed. Oxon.* p. 64.] *Sylb.*

n In *Thucyd.* et *Cod. Bodl.* ἡσύχαζόν τε, *quieſcebantque.* ſeq. v. 11. (vt notauit *Sylb.*) τὸ δέ τι ſignificat *partim etiam.*

* *Interea.*

προθυμίᾳ, καὶ καθαιρετέα ἡ ἰσχὺς, [o] ἣν δύνωνται, ἀραμένοις τόνδε τὸν πόλεμον.“

ιά. Ἐχρῆν δ᾽ αὐτὸν, ἀρξάμενον τὰς αἰτίας τȣ̃ πολέμȣ ζητεῖν, πρώτην ἀποδȣ̃ναι τὴν ἀληθῆ καὶ ἑαυτῷ δοκȣ̃σαν. ἥ τε γὰρ φύσις ἀπῄτει τὰ πρότερα τῶν ὑςέρων ἄρχειν, καὶ τἀληθῆ πρὸ τῶν ψευδῶν λέγεσθαι· ἥ τε τῆς διηγήσεως εἰσβολὴ κρείττων ἂν ἐγίνετο μακρῷ, τοιαύτης οἰκονομίας τυχȣ̃σα. ȣ̓δὲ γὰρ ἐκεῖνό τις ἂν εἰπεῖν ἔχοι, τῶν ἀπολογεῖσθαι περὶ αὐτȣ̃ βȣλομένων, ὅτι μικρὰ καὶ ȣ̓κ ἄξια λόγȣ τὰ πράγματα ἦν, ἢ κοινὰ καὶ [p] κατημαξευμενα τοῖς πρὸ αὐτȣ̃, ὥςε μηδὲν δεῖν ἀπὸ τȣ́των ἀρχὴν ποιεῖσθαι. αὐτὸς γὰρ ὡς ἐκλειφθέντα τὸν τόπον τȣ̃τον ὑπὸ τῶν ἀρχαίων, ἄξιον ἱςορίας ὑπείληφεν, αὐταῖς λέξεσιν ȣ̔́τω γράφων· „Ἔγραψα δὲ αὐτὰ, καὶ τὴν ἐκβολὴν τȣ̃ λόγȣ ἐποιησάμην διὰ τόδε, ὅτι τοῖς πρὸ ἐμȣ̃ ἅπασιν [q] ἐκλιπὲς τὸ χωρίον τȣ̃το ἦν· καὶ ἢ τὰ

runt, ſed omni ſtudio conandum, vt eorum potentiam, ſumtis armis, ſi fieri poſſet, euerterent.‘

XI. Oportebat autem illum, cum belli cauſas indagare coepiſſet, eam, quae vera eſſet, quaeque ipſi probaretur, primo loco tradere: cum et natura poſtulabat, vt priora poſterioribus anteirent, vera prius, quam falſa, dicerentur; et ipſe narrationis ingreſſus, ſi eiuſmodi ordine inſtitutus eſſet, longe futurus erat praeſtantior. non enim, ſi quis partem illius tueri velit, ea ratione poſſit vti, quod vel paruae res eſſent, nec ſatis dignae oratione; vel communes, et ab aliis antea ſic protritae, vt nihil opus eſſet ab his initium ducere. ipſe enim hunc locum, vt a veteribus praetermiſſum, hiſtoria dignum exiſtimauit, qui ad verbum ita ſcripſerit: „Scripſi autem ea, et ab inſtituto ſermone propterea diuerti, quod ſuperiores omnes hunc locum omiſerunt, et aut res Graecas ante Medicas,

o Pro ἦν ſcriptus liber habet articulum ἣν: perperam. *Sylb.*

p Κατημαξευμένα legitur etiam apud *Heſychium*; apud *Suidam* vero καθημαξευμένα: ſicut etiam ἅμαξαν alii malunt, alii ἄμαξαν: hi, quaſi ἅμας ἄγȣσαν; illi, velut ἅμα ἄγȣσαν τὰ ἐπιτιθέμενα. *Sylb.*

q In *Thucyd.* p. 54. *Ed. Oxon.* ἐκλιπὲς τȣ̃το ἦν τὸ χωρίον, et

πρὸ τῶν Μηδικῶν Ἑλληνικὰ ξυνετίθεσαν, ἢ αὐτὰ τὰ Μηδικά. τούτων δὲ, ὅσπερ καὶ ἥψατο ἐν τῇ Ἀττικῇ ξυγγραφῇ Ἑλλάνικος, βραχέως τε καὶ τοῖς χρόνοις οὐκ ἀκριβῶς ἐπεμνήσθη· ἅμα δὲ καὶ τῆς ἀρχῆς ἀπόδειξιν ἔχει τῆς τῶν Ἀθηναίων, ἐν οἵῳ τρόπῳ κατέστη."

ιβ΄. Ἱκανὸν μὲν οὖν καὶ τοῦτο τεκμήριον ἦν τοῦ μὴ κατὰ τὸν ἄριστον τρόπον ᾠκονομῆσθαι τὴν διήγησιν ὑπ᾽ αὐτοῦ· λέγω δὴ τὸ μὴ κατὰ φύσιν ἔχειν· πρόσεστι δὲ τούτῳ καὶ τὸ μὴ, εἰς ἃ δεῖ κεφάλαια, τετελευτηκέναι τὴν ἱστορίαν. ἔτη γὰρ ἑπτὰ καὶ εἴκοσι περιειληφότος τοῦ πολέμου, πάντα τὸν χρόνον τοῦτον ἕως τῆς καταλύσεως αὐτοῦ βιώσας, μέχρι τοῦ δευτέρου καὶ εἰκοστοῦ κατεβίβασεν ἔτους τὴν ἱστορίαν, τῇ περὶ Κυνὸς σῆμα ναυμαχίᾳ τὴν ὀγδόην βίβλον παρεκτείνας· καὶ ταῦτα προειρηκὼς ἐν τῷ προοιμίῳ, πάντα περιλήψεσθαι τὰ πραχθέντα κατὰ τόνδε τὸν πόλεμον· καὶ ἐν τῇ πέμπτῃ βίβλῳ πάλιν συνανακεφαλαιῶν τε τοὺς χρόνους, ἀφ᾽ οὗ τ᾽ ἤρξατο, καὶ μέ-

cas, aut Medicas duntaxat, compoſuerunt. Eas autem res, quas et Hellanicus in Attica hiſtoria perſecutus eſt, neque copioſe, neque temporibus ſatis accurate diſtinctis, explicauit: ſimul etiam, quod Athenienſium principatus qua ratione ſit conſtitutus, declarat".

XII. Satis igitur et hinc aperte colligitur, narrationem ab ipſo non optime, id eſt, non vt natura poſtulat, eſſe digeſtam. Huc accedit, quod nec hiſtoriam quo debuit fine concluſit. cum enim annos VII et XX bellum comprehenderit; atque, hoc quantum temporis eſt, vſque ad belli exitum ipſe vixerit; tamen vſque ad annum XXII hiſtoria perducta, octauum librum maritima illa pugna, quae ad eum locum, quem Cynoſſema appellant, eſt commiſſa, terminauit. * Adde, quod, cum in *prooemio*, quaecunque hoc in bello geſta ſunt, omnia ſe eſſe perſcripturum affirmaſſet; itemque in *quinto libro* tempora collegiſſet, et vnde ortum bellum eſt, et quouſque proceſſit, ſcripſit

et p. 837. v. 2. ὅσπερ. In *Editis* tamen quibuſdam ὥσπερ.

* *Praeſertim cum.*

χρις οὗ προελθὼν κατελύθη, ταῦτα κατὰ λέξιν γέγραφε· »Καὶ τοῖς [r] (ἀπὸ) χρησμῶν τι ἰσχυρισαμένοις, μόνον δὲ τοῦτο ὀχυρῶς ξυμβάν. ἀεὶ γὰρ ἐγὼ μέμνημαι, καὶ ἀρχομένου τοῦ πολέμου, καὶ μέχρις οὗ ἐτελεύτησε, προφερόμενον ὑπὸ πολλῶν, ὅτι τρὶς ἐννέα ἔτη δέοι γενέσθαι αὐτόν. ἐπεβίων δὲ διὰ παντὸς αὐτοῦ, αἰσθανόμενός τε τῇ ἡλικίᾳ, καὶ προσέχων τὴν γνώμην, ὅπως ἀκριβῶς τι εἴσομαι· καὶ ξυνέβη μοι φεύγειν τὴν ἐμαυτοῦ, ἔτη εἴκοσι μετὰ τὴν ἐς Ἀμφίπολιν στρατηγίαν· καὶ γενομένῳ παρ' ἀμφοτέροις τοῖς πράγμασι, καὶ οὐχ ἧσσον [s] τοῖς Πελοποννησίοις διὰ τὴν φυγήν, καθ' ἡσυχίαν τι αὐτῶν μᾶλλον αἰσθέσθαι. τὴν οὖν μετὰ (τὰ) δέκα ἔτη διαφοράν τε καὶ ξύγχυσιν τῶν σπονδῶν, καὶ τὰ ἔπειτα, ὡς ἐπολεμήθη, ἐξηγήσομαι.«

ſcripſit haec ad verbum: „Hoc ſolum exitu comprobatum ex iis, quae futura ex oraculis affirmabantur. ſemper enim, et initio belli, et vſque ad extrema tempora, recordor a multis eſſe nunciatum, oportere ad annos xxvii bellum perdurare. mihi autem per totum illud tempus vita ſuppeditauit: cum et id aetatis eſſem, vt rerum ſenſum haberem, et in eam curam animum intenderem, vt ſingulas notitias optime conſequerer. cumque * anno xx poſt Amphipolitanam expeditionem patria mea exſularem, et apud vtroſque, dum res agerentur, nec minus apud Peloponnenſes ob exſilium, verſatus eſſem; factum eſt, vt aliquid ego peritius ipſis potuerim in otio cognoſcere. Diſſenſionem igitur poſt decem annos exortam, et foederum perturbationem, et quae deinde in bello conſecuta ſunt, explicabo".

XIII. Prae-

r Incluſa praepoſitio ἀπὸ addita ex vulgatis *Thucydidis* exemplaribus in iiſdem ſeq. v. pro ὀχυρῶς legitur ἐχυρῶς: et mox ἔγωγε pro ἐγώ. Iidem libri v. 7. habent ἀκριβές τι. alioqui ἀκριβῶς τι ſic accipiendum foret, vt διαφερόντως τι ſupra p. 794. v. 12. *Sylb.*

s Iidem libri habent τοῖς Πελοποννησίων, ſc. πράγμασιν. Ex iiſdem verſu 12. inſertus eſt incluſus articulus τά. Exſtat autem locus [p. 306, 307. *Ed. Oxon.*] *Sylb.*

* *Annum, poſtquam ad Amphipolim dux fuiſſem, vigeſimum primum.*

t Scri-

ιγ΄. Ὅτι δὲ καὶ περὶ τὰς ἐξεργασίας τῶν κεφαλαίων ἧττον ἐπιμελής ἐστιν, ἢ πλείονας τοῦ δέοντος λόγους ἀποδιδοὺς τοῖς ἐλαττόνων δεομένοις, [t] ἢ ῥαθυμότερον ἐπιτρέχων τὰ δεόμενα πλείονος ἐξεργασίας, πολλοῖς τεκμηρίοις βεβαιῶσαι δυνάμενος, [u] ὀλίγοις χρήσομαι, τὰς μὲν πρώτας Ἀθηναίων καὶ Πελοποννησίων ναυμαχίας ἀμφοτέρας περὶ τὴν τελευτὴν τῆς δευτέρας βίβλου γράφειν ἀρξάμενος· ἐν αἷς πρὸς ἑπτὰ καὶ τεσσαράκοντα ναῦς Πελοποννησίων εἴκοσι ναυσὶν Ἀθηναῖοι μόνοι πρὸς πολλαπλασίους τῶν βαρβάρων ναυμαχήσαντες, ἃς μὲν διέφθειραν, ἃς δ᾽ αὐτάνδρους ἔλαβον, οὐκ ἐλάττους, ἢ

XIII. Praeterea et vbi amplificationibus res perſequitur, minus illum eſſe diligentem; et vel ea, quae breuitatem poſtulant, verboſius exponere; vel, quae longiori ſunt oratione pertractanda, leuiter nimis attingere, multis argumentis probare poſſim: ſed paucis tamen vtar, et a naualibus primum Athenienſium Peloponnenſiumque pugnis, quae in extremo *ſecundo libro* narrantur, initium capiam: cum Athenienſes, contra naues Peloponnenſium XLVII ſoli XX nauium claſſe * aduerſus barbaros multis partibus plures, ita maritimo proelio decertarunt, vt, quot ad bellum naues emiſerant, totidem plane

In capitum tractatione non ſatis accuratus eſt.

t Scriptus liber copulatiue habet καὶ ῥαθυμότερον. ſed diſiunctiuam ἢ ſenſus ipſe poſtulat; et ſic legendum eſſe declarant etiam ſequentia, p. 840. v. 8. et p. 846. v. 12. *Sylb.*

u Mutilatus eſt locus, et hoc fere modo complendus. primum poſt ὀλίγοις χρήσομαι ponenda eſt diſtinctio periodica. deinde poſt μόνοι, v. 9. tale quidpiam inſerendum: ἐμαχέσαντο, μακρᾷ καὶ διεξοδικῇ χρῆται διηγήσει· τοὐναντίον δὲ ἐν τῇ προτέρᾳ βίβλῳ βραχέως πάνυ ἐπιτρέχει τήν τε πεζομαχίαν, καὶ τὴν ναυμαχίαν, ἐν ᾗ οἱ Ἀθηναῖοι πρὸς πολλ. τ. β. Significare enim vult, alterum nauale proelium, in quo minorem virtutis ſplendorem cum Peloponneſiis dimicatum fuit, prolixius a *Thucydide* denarratum eſſe: alterum vero, quo terra marique, vno eodemque die, ſumma cum gloria *Perſae* ſuperati fuerunt, admodum breuiter ab eo eſſe perſtrictum. *Sylb.*

* *Locus in Graeco mutilatus.*

ὅσας ἔστειλαν ἐπὶ τὸν πόλεμον. θήσω δὲ καὶ τὴν λέξιν αὐτοῦ· „Ἐγένετο [x] (δὲ) μετὰ ταῦτα καὶ ἡ ἐπ' Εὐρυμέδοντι ποταμῷ ἐν Παμφυλίᾳ πεζομαχία, καὶ ναυμαχία Ἀθηναίων καὶ τῶν ξυμμάχων πρὸς Μήδους· καὶ ἐνίκων τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἀμφότερα Ἀθηναῖοι, Κίμωνος τοῦ Μιλτιάδου στρατηγοῦντος, καὶ εἷλον τριήρεις Φοινίκων, καὶ διέφθειραν τὰς πάσας ἐς διακοσίας.“ ὅμοια δ' ἐστὶ παρ' αὐτῷ καὶ τὰ κατὰ τὰς πεζικὰς μάχας, ἢ μηκυνόμενα πέρα τοῦ δέοντος, ἢ συναγόμενα εἰς ἔλαττον τοῦ μετρίου. τὰ μέν γε περὶ Πύλον Ἀθηναίοις πραχθέντα, καὶ τὰ περὶ τὴν Σφακτηρίαν καλουμένην νῆσον, ἐν ᾗ Λακεδαιμονίους κατακλείσαντες ἐξεπολιόρκησαν, ἀρξάμενος ἐν τῇ τετάρτῃ βίβλῳ διηγεῖσθαι, καὶ μεταξὺ τοῦ πολέμου τοῦδε πράξεις τινὰς ἑτέρας παραδιηγησάμενος· εἶτ' αὖθις ἐπιστρέψας ἐπὶ τὴν ἀπόδοσιν τῶν ἑξῆς, ἅπαντα τὰ γεγενημένα κατὰ τὰς μάχας ὑπ' ἀμφοτέρων διελήλυθεν ἀκριβῶς καὶ δυνατῶς· πλείους, ἢ τριακοσίους στί-

plane alias depreſſerint, alias cum ipſis hominibus ceperint. qua de re ipſius verba ſubiiciam: „Poſtea ſimul cum ſociis Athenienſium, apud flumen Eurymedontem in Pamphylia, terreſtri naualique certamine aduerſus Medos pugnarunt: eodemque die bis Athenienſes, duce Cimone, Miltiadis filio, victoria potiti ſunt, captis ac depreſſis omnibus Phoenicum nauibus ad ducentas“. Atque his quidem non diſſimilia ſunt ea, quibus de terreſtribus proeliis agit: nam aut longius, quam par ſit, prouehitur; aut rem praeter modum contrahit. Cum enim ea, quae ab Athenienſibus circa Pylum et Sphacteriam inſulam geſta ſunt, cum obſeſſos in ea Lacedaemonios Athenienſes expugnarunt, in *quarto libro* narrare coepiſſet, atque interim pauca quaedam leuiter attigiſſet, ad ea tum demum, quae ſunt poſt conſecuta, ſermonem conuertit; atque omnes vtrinque commiſſas pugnas, cum neque multi in illis cecidiſſent, et perpauci ſeſe dedidiſſent, diligenter et accurate pluribus, quam verſibus ccc eſt perſecutus. quam quidem

x Illud δὲ additum ex *Thucyd.* exemplar. p. 55. *Ed. Oxon.*

y Pro

χους [y] αὐτὸς ἀποδεδωκὼς ταῖς μάχαις· καὶ ταῦτα οὐ πολλῶν ὄντων, οὔτε τῶν ἀπολομένων, οὔτε τῶν παραδόντων τὰ ὅπλα. αὐτός γέ τοι συγκεφαλαιούμενος τὰ περὶ τὴν μάχην, κατὰ λέξιν οὕτω γράφει· „Ἀπέθανον δὲ ἐν τῇ νήσῳ, καὶ ζῶντες ἐλήφθησαν τοσοίδε· εἴκοσι μὲν ὁπλῖται διέβησαν καὶ τετρακόσιοι οἱ πάντες. τούτων ζῶντες ἐκομίσθησαν ὀκτὼ ἀποδέοντες τριακόσιοι· οἱ δ' ἄλλοι ἀπέθανον. καὶ Σπαρτιᾶται τούτων ἦσαν τῶν ζώντων [z] (περὶ) εἴκοσι καὶ ἑκατόν· Ἀθηναίων δὲ οὐ πολλοὶ διεφθάρησαν.“

ιδ'. Τῆς δὲ Νικίου στρατηγίας μνησθεὶς, ὅτι ναῦς ἑξήκοντα καὶ δισχιλίους ὁπλίτας Ἀθηναίων ἐπαγόμενος, ἐπὶ Πελοπόννησον ἔπλευσε· κατακλείσας δὲ Λακεδαιμονίους εἰς τὰ φρούρια, τοὺς ἐν [a] Κυθάροις κατοικοῦντας ἐξεπολιόρκησε, καὶ τῆς ἄλλης Πελοποννήσου πολλὴν ἐδῄωσεν· ἐξ ἧς αἰχμαλώτων πλῆθος [b] ἐπαγόμενος, ἀπέπλευσεν εἰς τὰς Ἀθήνας· οὕτως εἴρηκεν ἐπιτροχάδην, περὶ μὲν τῶν ἐν Κυθήροις πραγμάτων· [c] „Καὶ

dem pugnam ipſe ſummatim explicans, haec ad verbum ſcribit: „In inſula quidem caeſi, aut viui capti, tot fuerunt. armati in eam traiecerant CCCCXX. ex his viui capti CCXCII, reliqui occiſi. ac ex illis quidem, qui viui capti fuerant, Spartani erant numero CXX: ex Athenienſibus pauci ſunt interemti“.

XIV. De Niciae autem imperio illata mentione, qui ſexaginta nauibus et duobus Athenienſium grauis armaturae millibus in Peloponneſum ductis, ac Lacedaemoniis in caſtella concluſis, Cytherios expugnauit; magnamque Peloponneſi partem depopulatus, ingenti captiuorum multitudine abducta, Athenas renauigauit, ſic curſim de rebus ad Cythera geſtis ait:

y Pro αὐτὸς rectius fortaſſe legerimus ταύταις, *hiſce. Sylb.*

z Incluſa περὶ addita ex vulg. libr. *Thucyd.* [p. 238. *Ed. Oxon.*] *Sylb.*

a Nota hic Κυθάροις: et mox v. ult. Κυθήροις: vereor, ne librariorum vitio. alioquin illud Doricae, hoc communi linguae adſcribendum foret. *Sylb.*

b In margine *Cod. Bodl. lc.* ἀπαγόμενος.

c *Thucyd.* p. 244. *Ed. Oxon.*

d Ex-

μάχης γενομένης, ὀλίγον μέν τινα χρόνον ὑπέστησαν οἱ Κυθήριοι· ἔπειτα τραπόμενοι, κατέφυγον εἰς τὴν ἄνω πόλιν· καὶ ὕστερον ξυνέβησαν πρὸς Νικίαν καὶ τοὺς ξυνάρχοντας, Ἀθηναίοις ἐπιτρέψαι περὶ σφῶν αὐτῶν, πλὴν θανάτου.“ περὶ δὲ τῆς Αἰγινητῶν ἁλώσεως τῶν ἐν Θυρέᾳ· [d] „Ἐν τούτῳ δ᾽ οἱ Ἀθηναῖοι κατασχόντες, καὶ χωρήσαντες εὐθὺς πάσῃ τῇ στρατιᾷ, αἱροῦσι τὴν Θυρέαν· καὶ τήν τε πόλιν κατέκαυσαν, καὶ τὰ ἐνόντα ἐξεπόρθησαν. τούς τε Αἰγινήτας, ὅσοι μὴ ἐν χερσὶ διεφθάρησαν, ἄγοντες, ἀφίκοντο εἰς τὰς Ἀθήνας.“ γενομένων δὲ περὶ τὰς [e] πόλεις ἀμφοτέρας εὐθὺς ἐν ἀρχῇ τοῦ πολέμου μεγάλων συμφορῶν, δι᾽ ἃς ἐπεθύμησαν ἀμφότεραι τῆς εἰρήνης, περὶ μὲν τῆς [f] προτέρας, ὅτε Ἀθηναῖοι, τετμημένης μὲν αὐτοῖς τῆς χώρας, [g] οἰκοφθορημένης δὲ τῆς πόλεως ὑπὸ λοιμοῦ, πᾶσαν ἀπογνόντες βοήθειαν ἄλλην, ἀπέστειλαν πρεσβείαν εἰς Σπάρτην, εἰρήνης τυχεῖν δεόμενοι· οὔτε τοὺς ἀποσταλέντας ἄνδρας εἴρηκεν, οὔτε

ait: „Pugna commiſſa, Cytherii, cum non diu reſtitiſſent, fuga ſe in ſuperiorem vrbis partem receperunt; ac poſt, cum Nicia et collegis ſalutem pacti, ſe cum rebus omnibus ei dediderunt“. De Aeginetis vero captis, qui Thyreae erant, ita ſcribit: „Interea Athenienſes, cum appuliſſent, ſtatim omni exercitu admoto, Thyream capiunt, oppidum incendunt, omnia diripiunt. Aeginetis autem, ſi qui a caede ſeruati erant, abductis, Athenas reuerterunt“. Cum autem magnis vtraque ciuitas in ipſo ſtatim belli initio calamitatibus conflictaretur, fiebat, vt pacis vtraque cupiditate teneretur. Iam de priori verba faciens, cum Athenienſes, omni ſua regione vaſtata, ciuitate vero propter peſtilentiam exhauſta, auxilium prorſus omne deſperantes, Spartam legatos miſerunt, * qui pacem, qua maxime egebant, poſcerent, non modo legatorum nomina

d Exſtat locus, pag. 246. *eiuſdem Editionis.*

e Id eſt, Spartam et Athenas.

f Referri poteſt ad Athenas.

g Nota hic οἰκοφθορημένης ſine augmento initiali: at non item ᾠκονομῆσθαι, p. 837. v. 7. *Sylb.*

* Al. *pacem conſequi poſtulantes.*

b Ex-

τοὺς ῥηθέντας ἐκεῖ λόγους ὑπ' αὐτῶν, οὔτε τοὺς ἐναντιωθέντας· ὑφ' ὧν πεισθέντες Λακεδαιμόνιοι, τὰς διαλλαγὰς ἀπεψηφίσαντο. Φαύλως δέ πως καὶ ῥαθύμως, ὡς περὶ μικρῶν καὶ ἀδόξων πραγμάτων, ταῦτα εἴρηκε· [h] „Μετὰ δὲ τὴν δευτέραν εἰσβολὴν τῶν Πελοποννησιων οἱ Ἀθηναῖοι, ὡς ἥ τε γῆ αὐτῶν ἐτέτμητο τὸ δεύτερον, καὶ ἡ νόσος ἐπέκειτο ἅμα καὶ ὁ πόλεμος, ἠλλοίωντο τὰς γνώμας· καὶ τὸν Περικλέα ἐν αἰτίᾳ εἶχον, ὡς πείσαντα σφᾶς πολεμεῖν, καὶ δι' ἐκεῖνον ταῖς συμφοραῖς περιπεπτωκότες· πρὸς δὲ τοὺς Λακεδαιμονίους ὥρμηντο συγχωρεῖν. καὶ πρέσβεις τινὰς πέμψαντες [i] πρὸς αὐτοὺς, ἄπρακτοι ἐγένοντο.“ περὶ δὲ τῆς [k] ὑστέρας, ὅτε Λακεδαιμόνιοι τοὺς περὶ Πύλον ἁλόντας τριακοσίους κομίσασθαι προθέμενοι, πρεσβείας ἀπέστειλαν εἰς τὰς Ἀθήνας· καὶ τοὺς λόγους εἴρηκε τοὺς ὑπὸ τοῦ Λακεδαιμονίου ῥηθέντας τότε, καὶ τὰς αἰτίας [l] ἐπελήλυθε, δι' ἃς οὐκ ἐπετελέσθησαν αἱ σπονδαί.

na praetermiſit, ſed illud ſimul, quam apud eos orationem habuerint, quique eorum petitioni aduerſantes effecerint, vt foedus Lacedaemonii reiicerent. quae leuiter ac negligenter, quaſi contemnenda, his verbis expoſuit: „Poſt ſecundum Peloponneſiorum irruptionem Athenienſes, cum iam iterum eorum vaſtata eſſet regio, ac bello et morbo vexarentur, mutata voluntate, Periclem, quod bellum ſuaſiſſet, incuſabant; illius effectum opera exiſtimantes, vt in tot calamitates inciderent: ac, cum cedere Lacedaemoniis ſtatuiſſent, miſſis hac de re legatis, nihil apud eos effecerunt“. De poſteriore vero verba faciens, cum Lacedaemonii captos ad Pylum trecentos, miſſa Athenas legatione, recuperare quam maxime vellent, eam orationem, quam Spartanus ad Athenienſes habuit, et cauſas, cur pactionibus non ſteterint, percenſet.

XV. Quod

h Exſtat locus *Thucyd.* p. 116. *Ed. Oxon.*

i In vulgatis *Thucydidis* ὡς αὐτούς.

k Spartam quidem innuit.

l Ὑπελήλυθε] Rectius forſan ἐπελήλυθε: itidemque paulo infra, p. 845. v. 11. ἐπιτρέχει [pro vulgari ὑποτρέχει.] ſic enim et p. 839. v. 4. dicit ῥαθυμότερον ἐπιτρέχων,

ιέ. Εἰ μὲν οὖν ἡ ἐπὶ τῆς Ἀθηναίων πρεσβείας τὰ κεφάλαια τῶν γινομένων περιειληφυῖα δήλωσις ἤρκει· λόγων δὲ καὶ παρακλήσεων, αἷς ἐχρήσαντο οἱ πρέσβεις, οὐδὲν ἔδει, μήτε πεισθέντων, μήτε δεξαμένων τὰς σπονδὰς Λακεδαιμονίων· τί δή ποτε οὐ τὴν αὐτὴν προαίρεσιν ἐφύλαξε καὶ ἐπὶ τῶν ἐκ τῆς Σπάρτης ἀφικομένων εἰς τὰς Ἀθήνας; οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνοι διαπραξάμενοι τὴν εἰρήνην ἀπῆλθον. εἰ δ' ἀκριβῶς δεῖ ταῦτα εἰρῆσθαι, διὰ τί παρέλιπε ῥαθύμως ἐκεῖνα; οὐ γὰρ δή γε ἀσθενείᾳ δυνάμεως ἐξείργετο περὶ ἀμφοτέρων τοὺς ἐνόντας εὑρεῖν τε καὶ ἐξειπεῖν λόγους. εἰ δὲ δὴ κατὰ λογισμόν τινα τὴν ἑτέραν προείλετο πρεσβείαν ἐξεργάσασθαι, οὐκ ἔχω συμβαλεῖν, κατὰ τί τὴν Λακωνικὴν προέκρινε τῆς Ἀττικῆς μᾶλλον, τὴν ὑςέραν τοῖς χρόνοις ἀντὶ τῆς προτέρας, καὶ τὴν ἀλλοτρίαν ἀντὶ τῆς ἰδίας, καὶ τὴν ἐπ' ἐλάττοσι κακοῖς γενομένην, ἀντὶ τῆς ἐπὶ μείζοσι. πόλεων δὲ ἁλώσεις καὶ κατασκαφὰς, καὶ ἀνδραποδι-

XV. Quod ſi ergo capita rerum ab Athenienſium legatis geſtarum perſequi ſatis fuiſſet; neque adhortationes, neque orationes, quibus vſi ſunt, aut qui ſuaſerunt, aut qui foedus admiſerunt, commemorare opus eſſet: cur non idem in iis, qui Lacedaemone Athenas venerunt, inſtitutum ſeruauit, cum illi quoque pace infecta diſceſſerint? Sin autem et hîc diligentia opus eſſe non ignorauit, cur illa per negligentiam praetermiſit? neque enim putandum, eum facultatis imbecillitate prohibitum, ne aut inuenire, aut, quae vtrobique rebus ipſis conuenirent, eloqui poſſet. Quod ſi, ſuis rationibus quibuſdam adductus, alteram legationem exaggerare maluit; nequeo ſane coniicere, cur Laconicam Atticae, hoc eſt, eam, quae poſterior eſſet, ei, quae praeiret tempore, anteferret; cur propriam alienae; cur eam denique, quae minorum, quam quae maiorum calamitatum cauſa miſſa fuerat. Cum vero vrbium expugnationes et euerſiones, et hominum ſeruitutem,

τρέχων, et p. 846. v. 12. ῥαθύμως ἐπιτετροχασμένα, *negligenter percurſa, leuiter perſtricta. Sylb.*

m Pro

σμοὺς, καὶ ἄλλας τοιαύτας συμφορὰς πολλάκις ἀναγκασθεὶς γράφειν, ποτὲ μὲν οὕτως ὠμὰ, καὶ δεινὰ, καὶ οἴκτων ἄξια φαίνεσθαι ποιεῖ τὰ πάθη, ὥστε μηδεμίαν ὑπερβολὴν μήτε ἱστοριογράφοις, μήτε ποιηταῖς, καταλιπεῖν· ποτὲ δὲ οὕτω ταπεινὰ καὶ μικρὰ, ὥστε μηδ' εἰς αἴσθησιν ἡμῶν τὶ πεσεῖν γνώρισμα τοῖς ἀναγινώσκουσι τὸν ἄνδρα. λέγων τε, ἃ περὶ τῆς Πλαταιέων πόλεως εἴρηκε, καὶ περὶ τῆς Μιτυληναίων, καὶ περὶ τῆς Μηλίων, οὐδὲν δέομαι τὰς λέξεις ἐκείνας φέρειν, ἐν αἷς ἀπὸ τῆς ἄκρας δυνάμεως ἐξείργασται τὰς συμφορὰς αὐτῶν· ἐν αἷς δ' ἐπιτρέχει καὶ μικρὰ ποιεῖ τὰ πάθη αὐτῶν, κατὰ πολλοὺς τόπους τῆς ἱστορίας, τούτων μνησθήσομαι· „Περὶ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους [m] τούτους Σκιωναίους Ἀθηναῖοι ἐκπολιορκήσαντες, ἀπέκτειναν τοὺς ἡβῶντας· παῖδας δὲ καὶ γυναῖκας ἠνδραπόδισαν· καὶ τὴν γῆν Πλαταιεῦσιν [n] ἔδωκαν νέμεσθαι.“ „Καὶ Ἀθηναῖοι πάλιν ἐς Εὔ-

tutem, aliaque id genus ſcribere cogitur, ita interdum animos crudelium, grauium, et miſerabilium commemoratione perturbat, vt nullam reliquis hiſtoricis, nullam poëtis rei altius extollendae facultatem relinquat: interdum vero adeo puſilla, adeoque humilia nobis oſtendit, vt eorum cognitio ne leuiter quidem animos afficiat. Cum autem de Plataeenſium, cum de Mitylenenſium ac Melienſium ciuitatibus ageret, ſummam in illarum calamitatibus deſcribendis vim adhibuit. ac verba quidem, quibus calamitates eorum ſummis viribus exaggerauit, non puto neceſſarium eſſe nunc in medium adducere. ea vero loca, in quibus hanc diligentiam vitauit, et aerumnas eorum propemodum extenuat, quod in hiſtoria ſua non raro fecit, afferam: „Iiſdem temporibus Athenienſes, Scionaeis expugnatis, omnem iuuentutem deleuerunt; et, pueris ac mulieribus in ſeruitutem abductis, regionem ipſam Plataeenſibus vtendam dederunt“. „Et Athenienſes rurſum cum in Euboeam

m Pro τούτους in *Thucyd.* [p. 310. *Ed. Oxon.*] legitur τοῦ θέρους τούτου, et mox Σκιωναίους μέν: quam vocis Σκιωναίους ſcripturam confirmat diphthongus ει in corrupto Σικυωνείους, [quod vulgatae exhibent.] *Sylb.*

n In *Thucydidis* exemplaribus

βοιαν διαβάντες, Περικλέους στρατηγοῦντος, κατεστρέψαντο πᾶσαν· καὶ τὴν μὲν ἄλλην ὁμολογίᾳ [o] κατέστησαν· Ἑστιαιεῖς δ' ἐξοικίσαντες, αὐτοὶ τὴν γῆν ἔσχον.“ [p] „Ἀνέστησαν δὲ Αἰγινήτας τῷ αὐτῷ χρόνῳ τούτῳ ἐξ Αἰγίνης Ἀθηναῖοι, αὐτούς τε, καὶ γυναῖκας, καὶ παῖδας· ἐπικαλέσαντες, οὐχ ἥκιστα τοῦ πολέμου σφίσιν αἰτίους εἶναι· καὶ τὴν Αἴγιναν [q] ἀσφαλέστερον ἂν ἐφαίνοντο, τῇ Πελοποννησίων ἐπικειμένην, αὐτῶν πέμψαντες ἐποίκους, ἔχειν.“

ιϛ'. Πολλὰ καὶ ἄλλα τις ἂν εὕροι δι' ὅλης τῆς ἱστορίας, ἢ τῆς ἄκρας ἐξεργασίας τετυχηκότα, καὶ μήτε πρόσθεσιν δεχόμενα, μήτ' ἀφαίρεσιν· ἢ ῥαθύμως ἐπιτετροχασμένα, καὶ οὐδὲ τὴν ἐλαχίστην ἔμφασιν ἔχοντα τῆς δεινότητος ἐκείνης, μάλιστα δ' ἐν ταῖς δημηγορίαις,

boeam duce Pericle pertranſiſſent, vniuerſam ſubegerunt: ac reliqua quidem eius regionis parte pactionibus in deditionem recepta, Heſtiaeis vero ſedibus ſuis eiectis, eorum terram ipſi occuparunt“. „Aeginetas quoque eodem tempore Athenienſes, vna cum vxoribus ac liberis, Aegina eiecerunt; incuſantes, quod belli cauſam potiſſimum praebuiſſent; atque exiſtimantes, ſi ex ſuis incolas eo mitterent, propterea quod Aegina Peloponneſo adiaceret, tutius ſe Aeginae imperium habituros“.

XVI. Nec vero pauca praeterea in illius hiſtoria liceat inuenire, quorum aliis ſummam in ſcribendo amplificationem adhibuit, vt neque addi quidquam, neque detrahi poſſit: alia ita ſunt negligenter decurſa, vt eximiam illius in dicendo facultatem ne nimium quidem prae ſe ferant; potiſſimum in concio-

ribus ἔδοσαν: in margine tamen ἔδωκαν.

o Locus occurrit *Thucyd.* p. 62. *Ed. Oxon.* vbi pro κατέστησαν media forma ſcriptum κατεστήσαντο, et mox Ἑστιαίας δὲ ἐξ.

p *Thucyd.* p. 109. legitur: ἀνέστησαν δὲ καὶ Αἰγινήτας τῷ αὐτῷ θέρει τούτῳ ἐξ Αἰγίνης Ἀθηναῖοι, αὐτούς τε καὶ παῖδας καὶ γυναῖκας.

q Apud *Thucyd.* ibid. ἀσφαλέστερον ἐφαίνετο τῇ Πελοποννήσῳ. Poſſes etiam (inquit *Sylb.*) coniuncte legere ἀνεφαίνοντο: vel ἂν cum infinitiuo ἔχειν iuncta futuri ſignificationem efficit.

r Scri-

eget diſciplina, admirabilis ſane fuit Thucydides: affert enim, ac, velut ex vberrimo quodam fonte, ingentem ſententiarum et enthymematum aceruum ſecum trahit; quae quidem et exquiſita et peregrina et admirabilia ſunt. Illa vero pars altera, quae plus artis habet, quaeque efficit, vt illa altera etiam praeſtantior eſſe videatur, multis in rebus in eo minor eſt, quam par ſit. Quicunque autem eum plus aequo admirantur, atque ita ſtupent, vt nihil ab eis, qui diuino aliquo ſunt numine afflati, differant, ii omnes propter enthymematum copiam id videntur facere. Quos ſi quis ita admoneat ac doceat, vt rationem afferant, cur hoc non ſuo loco ſit poſitum, illud vero non iis perſonis, quibus opus erat, accommodatum; item, non haec hiſce rebus conuenire, neque eo vſque progreſſum fieri debuiſſe; magnam quidem eis moleſtiam afferet. * qui mihi ſane iis perſimiles videntur, qui incredibili alicuius rei adſpicien-

t Περιτιθεὶς] Conuenientius παρατιθεὶς, vt infra p. 899. v. vlt. *Sylb.*

u Scriptus liber habet ὁπόσοι, maſcul. genere: minus apte. *Sylb.*

* *Quibus ſane idem accidit, quod iis, qui, qualiſcunque formae adſpectu, tanto amore capiuntur, vt is parum a furore diſtet.*

πρεπεῖς, ταῖς καταδεδουλωμέναις αὐτοὺς προσεῖναι νομίζουσι, καὶ τοὺς [x] ἐξονειδίζειν ἐπιχειροῦντας, εἴ τις περὶ αὐτὰς ὑπάρχει σῖνος, ὡς βασκάνους καὶ συκοφάντας προβέβληνται· οὗτοί τε ὑπὸ τῆς μιᾶς ταύτης ἀρετῆς κεκαρωμένοι τὴν διάνοιαν, ἅπαντα καὶ τὰ μὴ προσόντα τῷ συγγραφεῖ μαρτυροῦσιν. ἃ γὰρ ἕκαστος εἶναι βούλεται περὶ τὸ φιλούμενόν τε καὶ θαυμαζόμενον ὑφ' ἑαυτοῦ, ταῦτα οἴεται. ὅσοι δ' ἀδέκαστον τὴν διάνοιαν φυλάσσουσι, καὶ τὴν ἐξέτασιν τῶν λόγων ἐπὶ τοὺς ὀρθοὺς κανόνας ἀναφέρουσιν, εἴτε φυσικῆς τινος κρίσεως μετειληφότες, εἴτε καὶ [y] διδαχῆς ἰσχυρὰ τὰ κριτήρια κατασκευάσαντες, οὔτε ἅπαντα ἐπαινοῦσιν ἐπίσης, οὔτε πρὸς ἅπαντα δυσχεραίνουσιν· ἀλλὰ τοῖς μὲν κατορθώμασι τὴν προσήκουσαν μαρτυρίαν ἀπονέμουσιν· εἰ δέ τι διημάρτηται μέρος ἐν αὐτοῖς, οὐκ ἐπαινοῦσιν.

adſpiciendae cupiditate flagrant; quae a furore non multum abeſt. Illi enim rei amatae eas pulchritudines, quas egregiae habent formae, omnes ineſſe arbitrantur: ac, ſi quis eſt, qui aliquod in ea vitium reprehendere conetur, ab eo, tanquam ab inuido et calumniatore, ſibi cauent. Atque hi quidem, hac vna virtute decepti, omnia, etiam ea, quibus caret, huic ſcriptori attribuunt. neque id mirum. nam quae quiſque illi, quod amat et admiratur, ineſſe vult, eadem re ipſa ineſſe arbitratur. At qui iudicio ſunt minime deprauato, et rationes ad rectas regulas examinant; (ſiue id naturali quodam iudicio faciunt; ſiue * quod, ſtabilem iudicandi rationem ſecuti, ita ſunt diſciplinis exculti) neque omnia ex aequo laudibus proſequuntur, neque ex omnibus offenſionem capiunt: ſed rebus bene et cum ratione adhibitis meritas laudes tribuunt; ea vero, in quibus peccatum eſt, commendatione indigna arbitrantur.

XXXV. Qua-

x Legendum videtur ἐξουδενίζειν; et mox πῖνος pro σῖνος, vel etiam σπίλος. *Sylb.*

y Rectius fortaſſe διδαχῇ, vel pluraliter διδαχαῖς. aut ſaltem poſt διδαχῆς diſtinguendum: vt referatur ille caſus ad participium μετειληφότες. *Sylb.*

* *Quod etiam diſciplinis iudicium confirmarunt, neque.*

z In

λε΄. [z] Οὔτ᾽ ȣ͂ν ἐπὶ πάντων ἐγὼ τῶν ἐμαυτȣ͂ θεωρημάτων κανόνας ὑποτιθέμενος, ȣ̓͂τε πρότερον ὤκνησα τὰ δοκȣ͂ντά μοι φέρειν εἰς μέσον, ȣ̓͂τε νῦν ἀποςρέψομαι. διδȣ̀ς δὴ τὸ πρῶτον, ὥσπερ κατ᾽ ἀρχὰς ἔφην, τὸ περὶ τὴν εὕρεσιν τȣ͂ συγγραφέως εὔςοχον, [a] (καὶ εἴ τις ἄλλως προσυπείληφεν, εἴτε διὰ φιλονεικίαν, εἴτε δι᾽ ἀναισθησίαν, ἁμαρτάνειν αὐτὸν οἰόμενος,) θάτερον ȣ̓κέτι δίδωμι, τὸ περὶ τὰς οἰκονομίας αὐτῷ τεχνικὸν, πλὴν ἐπ᾽ ὀλίγων πάνυ δημηγοριῶν. ὁρῶ δὲ καὶ περὶ τὴν λέξιν ἐλαττώματα, περὶ ὧν ἤδη προείρηκα, πλεῖςα καὶ μέγιςα ταύταις συμβεβηκότα ταῖς ἰδέαις· καὶ γὰρ αἱ γλωττηματικαὶ καὶ ξέναι καὶ πεποιημέναι λέξεις ἐν ταύταις μάλιςα ἐπιπολάζȣσι, καὶ τὰ πολύπλοκα καὶ ἀγκύλα καὶ βεβιασμένα σχήματα, πλεῖςα περὶ ταύτας ἐςίν. εἰ δὲ τὰ εἰκότα ἔγνωκα, σύ τε κρινεῖς, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαςος, ἐπὶ τὴν ἐξέτασιν ἀγόμενος τῶν ἔργων. ἔςω δὲ κατὰ ταῦτα ἡ παράθεσις αὐτῶν ἀν-

XXXV. Quapropter, quod antea feci, vt omnibus meis commentationibus regulas quaſdam ſubiicerem; idem nunc faciam, vt, quae mihi videntur, in medium proferam. Sicut igitur in prima parte, de qua initio dixi, quae in inuentione rerum conſpicitur, praeclare hunc noſtrum ſcriptorem verſatum eſſe conceſſerim: ita altera in parte, quae in collocationis ac diſtributionis arte conſumitur, eum excelluiſſe non facile dederim; niſi in perpaucis quibuſdam concionibus. quarum in verbis quoque vitia, de quibus antea dixi, plurima et maxima animaduerto: ſiquidem inſunt in illis plurima cuiuſque linguae propria, et peregrina, ac facta vocabula; figurae vero perplexae, contortae, coactaeque non paucae. Quam vero haec, quae attuli, rationi ſint conſentanea, tu, et quilibet alius, qui haec ad rerum ipſarum examinationem accommodabit, iudicare poterit. Exempla vero ita mihi apponenda ſtatui,

z In margine *Cod. Bodl.* ἴσ. τȣ́τȣς ȣ͂ν.

a Incluſa praetermiſſa ſunt a *Duditbio:* non videntur tamen eſſe ſuperuacua. *Sylb.*

 b In

τιπαρεξεταζομένων τοῖς ἄριστά μοι δοκοῦσιν ἔχειν τῶν οὔτε κατὰ τὰς οἰκονομίας κατορθουμένων, οὔτε κατὰ τὴν φράσιν ἀνεγκλήτων.

λϛʹ. Ἐν μὲν οὖν τῇ δευτέρᾳ βίβλῳ ἐπὶ Πλαταιὰς Λακεδαιμονίων τε καὶ τῶν συμμάχων ἔλασιν ἀρξάμενος γράφειν, ὑποτίθεται, τοῦ βασιλέως τῶν Λακεδαιμονίων, Ἀρχιδάμου, μέλλοντος δῃώσειν τὴν γῆν, πρέσβεις παρὰ τῶν Πλαταιέων ἀφιγμένους πρὸς αὐτὸν, καὶ λόγους ἀποδίδωσιν, οὓς εἰκὸς ἦν ὑπ' ἀμφοτέρων εἰρῆσθαι τοῖς προσώποις πρέποντας, καὶ τοῖς πράγμασιν οἰκείους· καὶ μήτε λείποντας τοῦ μετρίου, μήτε ὑπεραίροντας· λέξει τε κεκόσμηκεν αὐτοὺς καθαρᾷ καὶ σαφεῖ καὶ συντόμῳ, καὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς ἐχούσῃ· τήν τε ἁρμονίαν οὕτως ἔναυλον ἀποδέδωκεν ἅμα τοῖς ἡδίστοις παρεξετάζεσθαι· „Τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου θέρους, οἱ Πελοποννήσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι ἐς μὲν τὴν Ἀττικὴν οὐκ ἐσέβαλον· ἐστράτευσαν δ' ἐπὶ Πλάταιαν. ἡγεῖτο δ' Ἀρχίδαμος ὁ Ζευξιδάμου, Λακεδαιμονίων βασιλεύς· καὶ καθίσας τὸν στρατὸν,

---

tui, vt, quae optima iudico, cum iis conferam, quae neque quod ad ipſam diſpoſitionem, neque quod ad elocutionem attinet, culpa vacent.

XXXVI. In *ſecundo* igitur *libro*, Lacedaemoniorum et ſociorum contra Plataeenſes bellum ſcripturus, ſubiungit miſſam a Plataeenſibus ad Archidamum, Lacedaemoniorum regem, legationem, cum ille regionem vaſtare ac diripere vellet. quo loco orationem, quam veriſimile eſt ab vtriſque habitam, perſonis illis et rebus accommodatam, ac neque modum excedentem, neque infra modum ſubſiſtentem, affingit. ibi tum locutione pura admodum, perſpicua, ac breui, adhibitis aliis, quae in hoc genere requiruntur, virtutibus, vſus eſt; tum, qui ex his enaſcitur, concentum recte temperatum effecit, qui iucunditatem omnem aequare poſſit. „Inſequente aeſtate, Peloponnenſes ſociique, non in Atticam, ſed aduerſus Plataeam, cum exercitu venerunt, duce Archidamo, Zeuxidami filio, Lacedaemoniorum rege. quem caſtra iam metatum,

ac

ἔμελλε δηώσειν τὴν γῆν. οἱ δὲ [b] Πλαταιεῖς, εὐθὺς πρέσβεις πέμψαντες πρὸς αὐτὸν, ἔλεγον τοιάδε·« „Ἀρχίδαμε, καὶ Λακεδαιμόνιοι, οὐ δίκαια ποιεῖτε, οὔτε ἄξια [c] οὔθ᾽ ὑμῶν, οὔτε πατέρων, ὧν ἐςὲ, ἐς γῆν τὴν Πλαταιέων ϛρατεύοντες. Παυσανίας γὰρ ὁ Κλεομβρότου Λακεδαιμόνιος, ἐλευθερώσας τὴν Ἑλλάδα ἀπὸ τῶν Μήδων, μετὰ Ἑλλήνων τῶν ἐθελησάντων ξυνάρασθαι τὸν κίνδυνον τῆς μάχης, ἣ παρ᾽ ἡμῖν ἐγένετο, θύσας ἐν τῇ Πλαταιέων ἀγορᾷ Διῒ ἐλευθερίῳ [d] ἱερὰ, καὶ ξυγκαλέσας πάντας τοὺς ξυμμάχους, ἀπεδίδου Πλαταιεῦσι, γῆν καὶ πόλιν τὴν σφετέραν ἔχοντας, αὐτονόμους οἰκεῖν, ϛρατεῦσαί τε μηδένα ποτὲ ἀδίκως ἐπ᾽ αὐτοὺς, μηδ᾽ ἐπὶ δουλείᾳ· εἰ δὲ μὴ, ἀμύνειν τοὺς παρόντας ξυμμάχους κατὰ δύναμιν. τάδε μὲν ἡμῖν πατέρες οἱ ὑμέτεροι ἔδοσαν, ἀρετῆς ἕνεκα, καὶ προθυμίας τῆς ἐν ἐκείνοις τοῖς κινδύνοις γενομένης. ὑμεῖς δὲ, τἀναντία

ac regionem vaſtare cogitantem, miſſi protinus a Plataeenſibus legati adiere, hiſque verbis allocuti ſunt«: „Archidame voſque Lacedaemonii, neque iuſte, neque e dignitate veſtra patrumque veſtrorum, facitis, quod in agrum Plataeenſem copias inducitis. Nam Pauſanias Lacedaemonius, Cleombroti filius, qui Graeciam Medorum dominatu liberauit, cum iis Graecis, qui pugnae apud nos commiſſae vltro ſubiere diſcrimen, victimis in foro Plataeenſi Ioui liberatori immolatis, conuocatiſque omnibus ſociis, et vrbem et agrum Plataeenſibus reddidit, vti ſuis legibus viuerent, ne quis iniuſte, neue dominandi cauſa, arma illis inferret: alioqui eos, qui aderant, ſocios pro viribus auxilio futuros. Haec patres veſtri, virtutis ergo operaeque ſtrenue nauatae, dedere nobis. At vos contra, quam illi,

b In *Thucyd.* (p. 125. *Ed. Oxon.*) et hic et in ſeq. legitur Πλαταιῆς, vetere ſcilicet Atticiſmo; vt ſupra quoque p. 875. v. 12. κλῄσεις pro communi κλείσεις. *Sylb.*

c οὔτε ὑμῶν apud *Thucyd.*

d Scriptus liber habet ἱερᾷ: quaſi pertineat ad ſubſtantiuum ἀγορᾷ: cum tamen referendum ſit ad participium θύσας. *Sylb.*

[e] (ἐκείνοις) δρᾶτε· μετὰ γὰρ Θηβαίων τῶν ἡμῖν ἐχθίστων, ἐπὶ δουλείᾳ τῇ ἡμετέρᾳ ἥκετε. μάρτυρας δὲ θεοὺς, τούς τε ὁρκίους τότε γενομένους ποιούμενοι, καὶ [f] τοὺς ἡμετέρους πατρῴους, καὶ ἡμετέρους ἐγχωρίους, λέγομεν ὑμῖν, γῆν τὴν Πλαταιΐδα μὴ ἀδικεῖν, μηδὲ παραβαίνειν τοὺς ὅρκους· ἐᾶν δὲ οἰκεῖν αὐτονόμους, καθάπερ Παυσανίας ἐδικαίωσε.“ „τοσαῦτα εἰπόντων [g] (τῶν) Πλαταιέων, Ἀρχίδαμος ὑπολαβὼν [h] εἶπεν·“ „Δίκαια λέγετε, ὦ ἄνδρες Πλαταιεῖς, ἢν ποιῆτε ὅμοια τοῖς λόγοις. καθάπερ γὰρ Παυσανίας ὑμῖν παρέδωκεν, αὐτοί τε αὐτονομεῖσθε, καὶ τοὺς ἄλλους ξυνελευθεροῦτε, ὅσοι μετασχόντες τῶν τότε κινδύνων, ὑμῖν τε ξυνώμοσαν, καί εἰσι νῦν ὑπ᾽ Ἀθηναίοις· παρασκευή τε τοσήδε καὶ πόλεμος γεγένηται αὐτῶν ἕνεκα καὶ τῶν ἄλλων ἐλευθερώσεως. ἧς μάλιστα μὲν μετασχόντες καὶ αὐτοὶ ἐμμείνατε τοῖς ὅρκοις· εἰ

illi, agitis: qui cum Thebanis nobis infeſtiſſimis, ad redigendos nos in ſeruitutem, veniſtis. itaque deos, tum illos, per quos tunc foedus iuratum eſt, tum veſtros patrios, et noſtros indigenas, teſtati, dicimus vobis, ne quod agro Plataeenſi damnum inferatis, neue iusiurandum violetis, ſed noſtro nos iure, quemadmodum Pauſanias ſtatuit, viuere permittatis“. „Haec tantum locutis Plataeenſibus, excepit Archidamus“: „Aequa dicitis, viri Plataeenſes, ſi verbis ſacta reſpondebunt. Quemadmodum enim Pauſanias vobis, vt veſtris legibus viuatis, conceſſit: ita vos eorum libertatem, qui et periculorum et iurisiurandi vobis ea tempeſtate participes ſuerunt, nunc vero Athenienſibus ſeruiunt, adiuuate: quorum cauſa, et vt caeterorum libertati conſulatur, tantus eſt apparatus, tantumque bellum excitatum. Cuius liberationis ſi ſimul curam ſuſceperitis, ita maxime iusiurandum ſeruaueritis: ſin minus, eadem, quae

e Incluſum ἐκείνοις abeſt a vulg. editt. *Thucyd. Sylb.*

f In eiſdem rectius legend. τοὺς ὑμετέρους, *veſtros:* ita ſcilicet, vt prior locus tribuatur Lacedaemoniis, poſterior Plataeenſibus. V. 5. in eiſdem editt. duplicato articulo legitur, τὴν γῆν τὴν Πλ. *Sylb.*

g Incluſus articulus τῶν abeſt ab eiſdem editt. *Thucyd.*

h Apud

δὲ μὴ, ἅπερ καὶ τὸ πρότερον ἤδη προὐκαλεσάμεθα, ἡσυχίαν ἄγετε, νεμόμενοι τὰ ὑμέτερα αὐτῶν· καὶ ἔστε μηδὲ μεθ' ἑτέρων· δέχεσθε δ' ἀμφοτέρους φίλους, ἐπὶ πολέμῳ δὲ μηδ' ἑτέρους. καὶ τάδε ἡμῖν [h] *ἀρκέσει.*" „*ὁ μὲν Ἀρχίδαμος τοσαῦτα εἶπεν. οἱ δὲ Πλαταιῶν πρέσβεις, ἀκούσαντες ταῦτα, ἐσῆλθον ἐς τὴν πόλιν· καὶ τῷ πλήθει τὰ ῥηθέντα κοινώσαντες, ἀπεκρίναντο αὐτῷ·*" „*Ὅτι ἀδύνατα σφίσιν εἴη ποιεῖν, ἃ προκαλεῖται, ἄνευ Ἀθηναίων· παῖδες γὰρ σφῶν καὶ γυναῖκες παρ' ἐκείνοις εἴησαν. δεδιέναι δὲ καὶ* [i] *περὶ πάσῃ τῇ πόλει, μὴ, ἐκείνων ἀποχωρησάντων, Ἀθηναῖοι ἐλθόντες σφίσιν οὐκ ἐπιτρέπωσιν· ἢ Θηβαῖοι, ὡς ἔνορκοι ὄντες, κατὰ τὸ ἀμφοτέρους δέχεσθαι, αὖθις σφῶν τὴν πόλιν πειράσωσι καταλαβεῖν.*" „*ὁ δὲ, θαρσύνων αὐτοὺς, πρὸς ταῦτα ἔφη·*" „*Ὑμεῖς δὲ πόλιν μὲν καὶ οἰκίας παράδοτε ἡμῖν τοῖς Λακεδαιμονίοις· καὶ γῆς ὅρους ἀποδείξατε, καὶ δέν-*

quae iam antea hortamur, otium agite, colentes, quae veſtra ſunt; neque ab altera parte ſtate; et tamen vtroſque pro amicis recipite, neutros pro hoſtibus. Haec ſat nobis erunt". „Quae cum eſſet locutus, tum legati Plataeenſes, ingreſſi in vrbem, re cum multitudine communicata, Archidamo reſponderunt"; „Facere ſe non poſſe, quae ſuaderentur, ſine Athenienſibus; apud quos ipſorum liberi atque vxores eſſent. timere quoque ſe toti ciuitati; ne ſcilicet, illis digreſſis, aut Athenienſes venirent, talia non permiſſuri; aut Thebani, qui et ipſi iureiurando continebantur, dum vtraque pars recipitur, rurſus vrbem occupare conarentur". „Ille, bene eos ſperare iubens, reſpondit": „Vos vero vrbem ac domos nobis Lacedaemoniis tradite; fines agri demonſtrate; arbores, et quidquid

h Apud *Thucyd.* p. 126. *ἀρέσκει*: et mox *Πλαταιέων*. *Πλαταιῶν* certe, licet ita contractum dici poſſit, vt *Πειραιῶς* ex *Πειραιέως*, tamen nec in praeced. vſurpatum fuit, (p. 901. v. 9. et p. 902. v. 7.) nec in ſequentibus. *Sylb.*

i Vulgati libri tranſpoſito articulo habent *περὶ τῇ πάσῃ πόλει.* Pro *εἴησαν* vero, quod praecedit, haud ſcio an rectius legerimus *ἦσαν*: vel *γὰρ* pro *ὅτι* poſita eſt. *Sylb.*

 k In-

δρα ἀριθμῷ τὰ ὑμέτερα, καὶ ἄλλο εἴ τι δυνατὸν εἰς ἀριθμὸν ἐλθεῖν· αὐτοὶ δὲ μεταχωρήσατε, ὅποι βούλεσθε, ἕως ἂν ὁ πόλεμος ᾖ· ἐπειδὰν δὲ παρέλθῃ, ἀποδώσομεν [k] (ὑμῖν, ἃ ἂν παραλάβωμεν.) μέχρι δὲ τοῦδε ἕξομεν παρακαταθήκην, ἐργαζόμενοι καὶ φορὰν φέροντες, ἣ ἂν ὑμῖν μέλλῃ ἱκανὴ ἔσεσθαι.“ „οἱ δὲ, ἀκούσαντες, αὖθις ἐσῆλθον ἐς τὴν πόλιν, καὶ βουλευσάμενοι μετὰ τοῦ πλήθους, ἔλεξαν·“ „Ὅτι βούλονται, ἃ προκαλεῖται, Ἀθηναίοις κοινῶσαι πρῶτον· καὶ, ἢν πείθωσιν αὐτοὺς, ποιεῖν ταῦτα.“ „μέχρι δὲ τούτου σπείσασθαι σφίσιν ἐκέλευον, καὶ τὴν γῆν μὴ δῃοῦν. ὁ δ' ἡμέρας τε ἐσπείσατο, ἐν αἷς εἰκὸς ἦν κομισθῆναι, καὶ τὴν γῆν οὐκ ἔτεμεν. ἐλθόντες δὲ οἱ Πλαταιεῖς πρέσβεις ὡς τοὺς Ἀθηναίους, καὶ βουλευσάμενοι μετ' αὐτῶν, πάλιν ἦλθον ἀπαγγέλλοντες τοῖς ἐν τῇ πόλει τοιάδε·“ „Οὔτ' ἐν τῷ πρὸ τοῦ χρόνῳ, (ὦ) ἄνδρες Πλαταιεῖς, ἀφ' οὗ ξύμμαχοι ἐγενόμεθα, Ἀθηναῖοι φασὶν ἐν οὐδενὶ ἡμᾶς προέσθαι ἀδικουμένους, οὔτε νῦν περιόψεσθαι, βοηθήσειν δὲ κατὰ δύ-

quid aliud poteſt ſub numerum cadere, numerate: ipſi, quocunque libuerit, abſcedite, quoad bellum fuerit: quo confecto, reddemus vobis, quaecunque acceperimus, habebimuſque ea interim pro depoſito; colemus, vobiſque fructus, qui ad vſum vitae ſuppetant, reddemus“. „Ea cum audiſſent legati, vrbem iterum ingreſſi, habito cum multitudine conſilio, dixerunt“; „Ea, quae ſuaderentur, velle ſe prius communicare cum Athenienſibus; accepturoſque conditionem, ſi illis perſuaſerint“. „Interea iuſſerunt ſibi fidem dari, in ipſorum regione nihil eos hoſtiliter acturos. atque ita, interpoſita fide, intra quot dies credibile fuit acceptum iri reſponſum, a regionis vaſtatione temperarunt. Aditis Athenienſibus legati Plataeenſes, agitatoque cum eis conſilio reuerſi. haec ciuitati renunciant“: „Neque in ſuperiori tempore, viri Plataeenſes, ex quo ſocietatem iniuimus, inquiunt Athenienſes, ſe permiſiſſe vobis iniuriam fieri, neque nunc eſſe neglecturos, ſed pro

k Incluſa abſunt a vulg. ed. itidemque ὦ v. 16.

l Vul-

ναμιν· ἐπισκήπτουσί τε ὑμῖν πρὸς τῶν ὅρκων, οὓς οἱ πατέρες ὤμοσαν, μηδὲν νεωτερίζειν περὶ τὴν ξυμμαχίαν." „Τοιαῦτα τῶν πρέσβεων ἀπαγγειλάντων, οἱ Πλαταιεῖς ἐβουλεύσαντο Ἀθηναίους μὴ προδιδόναι, ἀλλ' ἀνέχεσθαι καὶ γῆν τεμνομένην, [l] εἰ δέοι, ὁρῶντας, καὶ ἄλλο πάσχοντας, ὅ τι ἂν ξυμβαίνῃ· ἐξελθεῖν τε μηδένα ἔτι, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ τείχους ἀποκρίνασθαι," „Ὅτι ἀδύνατα σφίσι ποιεῖν ἐστιν, ἃ Λακεδαιμόνιοι προκαλοῦνται." „ὡς δ' ἀπεκρίναντο, ἐντεῦθεν δὴ πρῶτον μὲν ἐς ἐπιμαρτυρίαν καὶ θεῶν καὶ ἡρώων τῶν ἐγχωρίων Ἀρχίδαμος ὁ βασιλεὺς κατέστη, λέγων ὧδε·" „Θεοὶ, ὅσοι γῆν τὴν Πλαταιΐδα ἔχετε, καὶ ἥρωες, ξυνίστορές ἐστε, ὅτι οὔτε τὴν ἀρχὴν ἀδίκως ἐκλιπόντων τῶνδε πρότερον τὸ ξυνώμοτον, ἐπὶ γῆν τήνδε ἤλθομεν· ἐν ᾗ οἱ πατέρες ἡμῶν εὐξάμενοι ὑμῖν Μήδων ἐκράτησαν, καὶ παρέσχετε αὐτὴν εὐμενῆ ἐναγωνίσασθαι τοῖς Ἕλλησιν· οὔτε νῦν, ἤν τι ποιῶμεν, ἀδικήσομεν· προκαλεσάμενοι γὰρ πολλὰ καὶ εἰκότα, οὐ τυγχάνομεν. ξυγγνώμονες δέ ἐστε, τῆς μὲν ἀδικίας

pro viribus adiuturos: voſque iurisiurandi admonent, quo veſtri ſe patres obſtrinxere, nihil noui ſe, quod ad ſocietatem attineat, tentaturos". „Haec cum legati renunciaſſent, Plataeenſes ſtatuerunt, non prodere Athenienſes, ſed reſiſtere, et, ſi etiam res ferat, vt vel ante ipſorum oculos agri vaſtentur, atque alia, quaecunque accidant, pati; neque vllum emittere, ſed de muro reſpondere", „Ea, quae Lacedaemonii vellent, ſe facere nullo modo poſſe". „Qui cum reſpondiſſent, tum vero Archidamus rex adſtitit, deos atque heroës indigenas his verbis conteſtatus": „Dii, quicunque terram Plataeenſem tenetis, voſque heroes, teſtes eſtote; iureiurando prius ab iſtis violato, non incipere a nobis iniuriam, quod in hanc terram venimus, in qua patres noſtri, votis apud vos nuncupatis, Medos ſuperauerunt, quamque vos propitii adiutricem Graecis in proelio praeſtitiſtis; neque nunc nos, ſi quid faciemus, iniuſte facturos. nam multis eos iuſtiſque rationibus adhortati, nihil profecimus. Itaque concedite, vt et ii, qui iniu-

l Vulgati libri habent εἰ δεῖ. *Sylb.*

m Συν-

κολάζεσθαι τοῖς ὑπάρχουσι προτέροις, τῆς δὲ τιμωρίας τυγχάνειν τοῖς ἐπιφέρουσι νομίμως.“ „τοσαῦτα ἐπιθειάσας, καθίστη ἐς πόλεμον τὸν στρατόν.“

λζ΄. Ἐξετάσωμεν δὴ παρὰ τοῦτον τὸν διάλογον, οὕτω καλῶς καὶ περιττῶς ἔχοντα, ἕτερον αὐτοῦ διάλογον, ὃν μάλιστα ἐπαινοῦσιν οἱ τοῦ χαρακτῆρος τούτου θαυμασταί. ὑποτίθεται δὴ, στρατιὰν ἀποστειλάντων Ἀθηναίων ἐπὶ Μηλίους Λακεδαιμονίων ἀποίκους, πρὶν ἄρξασθαι τοῦ πολέμου, τὸν στρατηγὸν τῶν Ἀθηναίων, καὶ τοὺς προβούλους τῶν Μηλίων, [m] συνιόντας εἰς λόγους περὶ καταλύσεως τοῦ πολέμου· καὶ κατ᾽ ἀρχὰς μὲν ἐκ τοῦ ἰδίου προσώπου δηλοῖ τὰ λεχθέντα ὑφ᾽ ἑκατέρων· ἐπὶ μιᾶς δ᾽ ἀποκρίσεως τοῦτο τὸ σχῆμα διατηρήσας, τὸ διηγηματικὸν, προσωποποιεῖ τὸν μετὰ ταῦτα διάλογον καὶ δραματικόν. ἄρχει δ᾽ ὁ Ἀθηναῖος τάδε λέγων· „Ἐπειδὴ οὐ πρὸς τὸ πλῆθος οἱ λόγοι γίγνονται, ὅπως δὴ μὴ ξυνεχεῖ ῥήσει οἱ πολλοὶ ἐπαγωγὰ καὶ ἀνέλεγκτα ἐσάπαξ ἀκούσαντες ἡμῶν, ἀπατηθῶσι· γινώσκομεν γὰρ,

iniuriam facere coeperunt, poenas luant; et, qui merito punire parant, poenas ſumere queant.“ „His deos precatus, militi bellum permittit“.

XXXVII. Iam huic tam praeclare tamque exquiſite conſcripto dialogo, alium quendam, quem iſti eius characteris admiratores maxime extollunt, conferamus. is autem eſt eo in loco, vbi, miſſo ab Athenienſibus contra Melios, Lacedaemoniorum coloniam, exercitu, ante initium belli, ducem Athenienſium ait ad colloquium cum Meliorum ſenatoribus veniſſe, in quo de belli ſolutione ageretur: cumque ab ipſo ſtatim initio, quae ab vtriſque dicta ſunt, ex ſua perſona indicaſſet, in vna tantum reſponſo narratione vſus continua, poſt toto dialogo perſonas inducit loquentes, et veluti drama quoddam efficit. ita autem Athenienſis exorditur: Ἐπειδὴ οὐ πρὸς τὸ πλῆθος οἱ λόγοι γίγνονται, ὅπως δὴ μὴ ξυνεχεῖ ῥήσει οἱ πολλοὶ ἐπαγωγὰ καὶ ἀνέλεγκτα ἐσάπαξ ἀκούσαντες ἡμῶν, ἀπατηθῶσι· γινώσκομεν γὰρ,

ὅτι

m Συνόντας [vti vulgatae dant] pro συνιόντας ſupra quoque notatum, ad p. 248. v. vlt. *Sylb.*

n In

ὅτι τȣ̃το φρονεῖ [n] ἡμῶν ἡ ἐς τȣ̀ς ὀλίγȣς ἀγωγὴ, ὑμεῖς οἱ καθήμενοι, ἔτι ἀσφαλέςερον ποιήσατε. καθ᾽ ἕκαςον γὰρ καὶ μηδ᾽ ὑμεῖς ἑνὶ λόγῳ, ἀλλὰ πρὸς τὸ μὴ δοκȣ̃ν ἐπιτηδείως λέγεσθαι, εὐθὺς ὑπολαμβάνοντες, κρίνετε· καὶ πρῶτον, εἰ ἀρέσκει, ὡς λέγομεν, εἴπατε.“ „οἱ δὲ τῶν Μηλίων ξύνεδροι ἀπεκρίναντο·“ „Ἡ μὲν ἐπιείκεια τȣ̃ διδάσκειν καθ᾽ ἡσυχίαν ἀλλήλȣς, ȣ̓ ψέγεται· τὰ δὲ τȣ̃ πολέμȣ, παρόντα ἤδη, καὶ ȣ̓ μέλλοντα, διαφέροντα αὐτȣ̃ φαίνεται.“ τȣ̃το τὸ τελευταῖον εἴ τις ἐν τοῖς σχήμασιν ἀξιώσει φέρειν, ȣ̓κ ἂν φθάνοι πάντας τȣ̀ς σολοικισμȣ̀ς, ὅσοι γίγνονται παρὰ τȣ̀ς ἀριθμȣ̀ς καὶ παρὰ τὰς πτώσεις, σχήματα καλῶν. προθεὶς γάρ· „Ἡ μὲν ἐπιείκεια τȣ̃ διδάσκειν καθ᾽ ἡσυχίαν, ȣ̓ ψέγεται·“ ἔπειτα συνάψας τῷ ἑνικῷ καὶ κατὰ τὴν ὀρθὴν [o] ἐξενηνεγμένα πτῶσιν· „Τὰ δὲ τȣ̃ πολέμȣ, παρόντα ἤδη,

ὅτι τȣ̃το φρονεῖ ἡμῶν ἡ ἐς τȣ̀ς ὀλίγους ἀγωγὴ, ὑμεῖς οἱ καθήμενοι, ἔτι ἀσφαλέςερον ποιήσετε καθ᾽ ἕκαςον· καὶ μηδ᾽ ὑμεῖς ἐν ὀλίγῳ, ἀλλὰ πρὸς τὸ μὴ δοκȣ̃ν ἐπιτηδείως λέγεσθαι, εὐθὺς ὑπολαμβάνοντες, κρίνετε· καὶ πρῶτον, εἰ ἀρέσκει, ὡς λέγομεν, εἴπατε. οἱ δὲ τῶν Μηλίων ξύνεδροι ἀπεκρίναντο· Ἡ μὲν ἐπιείκεια τȣ̃ διδάσκειν καθ᾽ ἡσυχίαν ἀλλήλȣς, ȣ̓ ψέγεται· τὰ δὲ τȣ̃ πολέμȣ, παρόντα ἤδη, καὶ ȣ̓ μέλλοντα, διαφέροντα αὐτȣ̃ φαίνεται. Atque hoc poſtremum ſi quis inter figuras numerare velit, is profecto, nihil obſtat, quin omnes etiam ſoloeciſmos, qui vel in numeris, vel in caſibus, admittuntur, figuras dicendi vocet. Nam cum praepoſuiſſet: ἡ μὲν ἐπιείκεια τοῦ διδάσκειν καθ᾽ ἡσυχίαν, ȣ̓ ψέγεται: deinde ad ſingulare et nominatiuum accommodaſſet pluralia: τὰ δὲ τȣ̃ πολέμου, παρόντα ἤδη, καὶ ȣ̓ μέλλοντα:

n In vulgatis *Thucydidis* editionibus (p. 340. *Ed. Oxon.*) habemus ὑμῶν ἡ ἐς τȣ̀ς ὀλίγȣς ἀγωγή· ὑμεῖς οἱ καθήμενοι ἔτι ἀσφαλέςερον ποιήσατε. καθ᾽ ἕκαςον γὰρ καὶ μηδ᾽ ὑμεῖς ἑνὶ λόγῳ, ἀλλὰ πρ. *Sylb.* [vulgo hic legitur: ποιήσετε καθ᾽ ἕκαςον. καὶ μηδ᾽ ὑμεῖς ἐν ὀλίγῳ, ἀλλὰ πρ.

o Rectius ἐξενηνεγμένῳ. Rectius etiam p. 908. v. 3. ἀντωνυμίαν. *Sylb.* [in vulgatis enim eſt ἀντονομασίαν.]

p ȣ̓κ-

καὶ οὐ μέλλοντα·" ἐπιζεύγνυσι τούτοις ἑνικὸν, καὶ κατὰ τὴν γενικὴν ἐσχηματισμένον πτῶσιν, εἴτε ἄρθρον δεικτικὸν βούλεταί τις αὐτὸ καλεῖν, εἴτε ἀντωνυμίαν, τὸ „Αὐτοῦ·" τοῦτο δ' οὔτε τῷ θηλυκῷ καὶ ἑνικῷ καὶ ὀνομαστικῷ προσαρμοττόμενον σώζει τὴν ἀκολουθίαν, οὔτε τῷ πληθυντικῷ καὶ οὐδετέρῳ κατὰ τὴν αἰτιατικὴν ἐσχηματισμένῳ πτῶσιν. ἦν δ' ἂν ὁ λόγος κατάλληλος, οὕτως σχηματισθείς· „Ἡ μὲν ἐπιείκεια τοῦ διδάσκειν καθ' ἡσυχίαν ἀλλήλους, οὐ ψέγεται· τὰ δὲ τοῦ πολέμου παρόντα ἤδη, καὶ οὐ μέλλοντα, διαφέροντα αὐτῆς φαίνεται." τούτοις ἐπιτίθησιν ἐνθύμημα νενοημένον μὲν οὐκ ἀτόπως, ἡρμηνευμένον δὲ οὐκ εὐπαρακολουθήτως· „Εἰ μὲν τοίνυν ὑπονοίας τῶν μελλόντων λογιούμενοι, ἢ ἄλλο τι, ξυνήκετε, ἢ ἐκ τῶν παρόντων, καὶ ὧν ὁρᾶτε, περὶ σωτηρίας p βουλεύσοντες τῇ πόλει, παυοίμεθ' ἄν· εἰ δ' ἐπὶ τοῦτο, λέγοιμεν ἄν."

λη΄. Καὶ μετὰ τοῦτο ἀποστρέψας τοῦ διηγήματος τὸν διάλογον ἐπὶ τὸ δραματικὸν, ταῦτα τὸν Ἀθηναῖον

λοντα: his ſingulare et genitiuum αὐτοῦ coniungit; ſiue quis articulum vocet id demonſtratiuum, ſiue pronomen. nam neque ſi cum foeminino et ſingulari atque nominatiuo iungatur, neque ſi cum plurali ac neutro accuſatiuo, aptam efficiet compoſitionem et ordinem. Quod ſi ita dixiſſet, aptam et congruam orationem effeciſſet: Ἡ μὲν ἐπιείκεια τοῦ διδάσκειν καθ' ἡσυχίαν ἀλλήλους, οὐ ψέγεται· τὰ δὲ τοῦ πολέμου, παρόντα ἤδη, καὶ οὐ μέλλοντα, διαφέροντα αὐτῆς φαίνεται. His ſubiungit enthymema, non inepte quidem excogitatum, ſed obſcure explicatum: „Si de futuris igitur coniecturam facturi, aut aliud quidpiam de ſalute ciuitatis deliberaturi conueniſtis, diuerſum ab eo, quod adeſt, quodque cernitis, ſilebimus: ſin autem ad hoc veniſtis, loquemur.

XXXVIII. Poſtea, narratione ſublata, dialogum ſcenicis collocutionibus ſimilem efficit, Athenienſem ita reſponden- tem

p βουλεύσαντες] Rectius βουλεύσοντες in vulg. editt. *Thucydidis*: ſicut ſcilicet v. 13. λογιούμενοι. Mox etiam rectius fortaſſis ἐπὶ τούτῳ. *Sylb.*

ἀποκρινόμενον ποιεῖ· „Εἰκὸς μὲν καὶ ξυγγνώμη, ἐν τῷ τοιῷδε καθεστῶτας, ἐπὶ πολλὰ καὶ λέγοντας καὶ δοκοῦντας τρέπεσθαι.“ ἔπειτα εὐσχήμονα πρόθεσιν ὑποθέμενος· „Ἡ μέντοι ξύνοδος καὶ περὶ σωτηρίας ἥδε πάρεστι· καὶ ὁ λόγος, ᾧ προκαλεῖσθε τρόπῳ, εἰ δοκεῖ, γιγνέσθω.“ πρῶτον μὲν εὕρηκεν ἐνθύμημα οὔτε τῆς Ἀθηναίων πόλεως ἄξιον, οὔτ' ἐπὶ τοιούτοις πράγμασιν ἁρμόττον λέγεσθαι· „Ἡμεῖς τοίνυν οὔτε αὐτοὶ μετ' ὀνομάτων καλῶν, ὡς ἢ δικαίως τὸν Μῆδον καταλύσαντες ἄρχομεν, ἢ ἀδικούμενοι νῦν ἐπεξερχόμεθα, λόγων μῆκος ἄπιστον παρέξομεν.“ τοῦτο δέ ἐστιν ὁμολογοῦντος τὴν ἐπὶ τοὺς μηδὲν ἀδικοῦντας στράτευσιν· ἐπειδὴ περὶ μηδετέρου τούτων βούλεται τὸν λόγον ὑπέχειν. οἷς ἐπιτίθησιν· „Οὔθ' ὑμᾶς ἀξιοῦμεν, ἢ ὅτι Λακεδαιμονίων ἄποικοι ὄντες, οὐ ξυνεστρατεύσατε· ἢ ὡς ἡμᾶς οὐδὲν ἠδικήκατε, λέγοντας, οἴεσθαι πείσειν· τὰ δυνατὰ δ' ἐξ ὧν ἑκάτεροι ἀληθῶς φρονοῦμεν διαπράσσεσθαι.“ τοῦτο δέ ἐστιν· „Ὑμεῖς μὲν ἀληθῶς φρονοῦντες, ὅτι ἀδικεῖσθε, τὴν ἀνάγ-

tem inducens: „Conſentaneum eſt ac venia dignum, homines in tali conditione conſtitutos multa dicere, et multa conſilia mutare“. Dein, ſpecioſam eſſe illam propoſitionem opinatus, ait: „Et conuentus quidem hic de ſalute noſtra inſtitutus eſt; et eo modo, ſi videtur, verba fiant, quo ſtatuiſtis“. Primum quidem argumentationem adhibuit, quae nec Athenienſium ciuitate erat digna, nec praeſentibus rebus accommodata: „Nobis igitur nec verborum elegantia, nec longa et incredibili oratione, vtendum, vt oſtendamus, vel iure penes nos, qui Medum eiecerimus, imperium eſſe, vel nulla iniuria nos laceſſitos nunc ad bellum exire“. Haec oratio confitentis eſt bellum innocentibus illatum; cum de neutro iſtorum rationem reddere velit. quibus addit: „Nec volumus vos cogitare, ſi dicatis, Lacedaemoniorum vos eſſe coloniam, ideoque nobiſcum non militaſſe, neque vllam nobis iniuriam feciſſe, nobis perſuaſuros: ſed ea ab vtriſque dicenda iudicamus, quibus effici poſſit, vt inter nos tranſigatur“. Hoc ſane eſt: „Vos, cum certo ſciatis, iniuria vos affici, neceſſitatem perferte,

κην φέρετε, καὶ εἴκετε· ἡμεῖς δὲ, οὐκ ἀγνοοῦντες, ὅτι ἀδικοῦμεν ὑμᾶς, τῆς ἀσθενείας ὑμῶν περιεσόμεθα τῇ βίᾳ.“ ταῦτα γὰρ ἑκατέροις δυνατά. ἔπειτα τὴν αἰτίαν ἀποδοῦναι τούτου βουληθεὶς, ἐπιλέγει· „Ὅτι δίκαια μὲν ἐν τῷ ἀνθρωπείῳ λόγῳ ἀπὸ τῆς ἴσης ἀνάγκης κρίνεται· δυνατὰ δὲ οἱ προὔχοντες πράσσουσι, καὶ οἱ ἀσθενεῖς ξυγχωροῦσι.

λθ'. q Βασιλεῦσι γὰρ βαρβάροις ταῦτα πρὸς Ἕλληνας ἥρμοττε λέγειν· Ἀθηναίοις δὲ πρὸς τοὺς Ἕλληνας,

ferte, ac redite. nos contra, cum non ignoremus, * iniuriam nos inferre imbecillitati veſtrae, per vim erimus ſuperiores. Haec enim vtrique poſſunt euenire“. Deinde cauſſam huius afferre volens, addit: „Iuſta quidem humana ratione ea iudicantur, quae a pari neceſſitate: poſſibilia vero ſuperiores faciunt, inferiores admittunt.

XXXIX. Haec ad Graecos oratio barbaris regibus fortaſſe conuenire potuiſſet: Athenienſes ſane ad Graecos, ** quorum auxi-

* Al. *iniuriam nos inferre, imbecillitate veſtra per vim erimus ſuperiores.*

** *Quos a Perſis liberauerant, m.*

q Βασιλεῦσι γὰρ βαρβάροις] Haec, inquit *Dionyſius*, ad Graecos oratio barbaris fortaſſe regibus conueniebat: Athenienſes vero (omnium Graecorum ſapientiſſimos, quique Perſico bello vrbem et omnem regionem relinquere, quam turpi Perſarum mandato parere, maluerunt) ad Graecos, quos e manibus Medorum eripuerant, minime talia dicere decebat; nimirum, iuſta quae ſunt, aequalium inter ſe eſſe; quae vero per vim fiant, ea aduerſus imbecilles fieri a potentioribus debere. Tota haec argumentatio *Dionyſii* plane ſimilis eſt orationi *Athenagorae* lib. VI. *Thucydidis*: qui Syracuſanis perſuadere volens, nunquam venturos in Siciliam cum exercitu Athenienſes, ſic argumentatur: Athenienſes, ſi nos oppugnatum venirent, nihil penitus efficere poſſent. Athenienſes ſunt ſapientiſſimi et prudentiſſimi. Vnde hoc ipſum iampridem eos ſcire et conſiderare, ideoque nunquam ad nos oppugnandos animum adiicere, certum eſt. Sed illum tunc *Athenagoram*, et vna noſtrum *Dionyſium*, egregie ipſo facto Athenienſes refutarunt. Nam ipſi, omnium Graecorum ſapientiſſimi, ſtultiſſimo conſilio maximum apparatum in Siciliam miſerunt et perdiderunt.

οὓς ἠλευθέρωσαν ἀπὸ τῶν Μήδων, οὐκ ἦν προσήκοντα εἰρῆσθαι, ὅτι τὰ δίκαια τοῖς ἴσοις ἐστὶ πρὸς ἀλλήλους, τὰ δὲ βίαια τοῖς ἰσχυροῖς πρὸς τοὺς ἀσθενεῖς. ὀλίγα δὲ πρὸς ταῦτα τῶν Μηλίων ἀποκρινομένων, ὅτι καλῶς ἂν ἔχοι τοῖς Ἀθηναίοις προνοεῖν τοῦ δικαίου, μὴ καὶ αὐτοὶ ποτὲ, σφαλέντες ὑπ' ἄλλων, ἐν ἐξουσίᾳ γένωνται, καὶ τὰ αὐτὰ πάσχωσιν ὑπὸ τῶν ἰσχυροτέρων, ἀποκρινόμενον ποιεῖ τὸν Ἀθηναῖον· „Ἡμεῖς δὲ τῆς ἡμετέρας ἀρχῆς, ἢν καὶ [r] παυθῇ, οὐκ ἀθυμοῦμεν τὴν τελευτήν.“

auxilio e Medorum manibus erepti eſſent, minime dicere decebat, *nim.* iuſta quae ſunt, aequalium eſſe; quae vero per vim, ea potentioribus aduerſus imbecilles eſſe licita. Quibus cum Melii paucis reſpondiſſent, recte Athenienſes facere, qui iuſtorum curam gererent, ne, ſi quando ipſi quoque lapſi, in aliorum poteſtatem venirent, eademque a potentioribus pati cogerentur, Athenienſem facit reſpondentem: * „Nos vero ſi noſtri imperii finem conſpiciamus, eius interitu non deſpondebiderunt.

Athenienſium ſapientiam prudentiamque multis celebrari non ignoro: ſed eoſdem raro his virtutibus vſos, cupiditatibus potius et ſtolidis conſiliis obſequi ſolitos, adeo peruulgatum fuit, vt in prouerbium abierit: Athenienſes peſſimis conſiliis, optima fortuna vti. Mirabimur ergo, illos, qui tot imprudenter, tot iniuſte egerunt, quaedam etiam iniuſta dixiſſe? Meliis quoque hoc loco per vim potius, quam iure, Athenienſes intuliſſe arma, non negat *Dionyſius;* ac ne poteſt quidem: verbis enim talia deſignari non poſſe opinatur; quaſi difficilius ſit, dicere quid iniuſtum, (praeſertim quod is iuſtum cenſeat, vt hîc Athenienſes id pro iure allegant) quam perpetrare. Ego ſi omnino ſcirem, colloquium hoc a *Thucyd.* confictum, nihil tamen hac in parte reprehendere poſſem, quod factis Athenienſium orationem conuenientem adiunxiſſet. Vbique enim ſunt apud veros hiſtoricos factorum et verborum iniuſtorum exempla. *Acacius.*

r Vulg. *Thucyd.* Edd. habent παυσθῇ, et mox p. 912. v. 3. poſt αὐτοὶ diſtinguunt, non ante.

* *Nos vero de imperii noſtri fine, etiamſi antiquetur, non deſpondemus animum.*

τούτου δ' αἰτίαν ἀποδιδόντα, ὅτι, κἂν καταλύσωσιν αὐτῶν Λακεδαιμόνιοι τὴν ἀρχὴν, συγγνώμην ἕξουσι, καὶ αὐτοὶ πολλὰ τοιαῦτα πράσσοντες. θήσω δὲ καὶ τὴν λέξιν αὐτοῦ· „Οὐ γὰρ οἱ ἄρχοντες ἄλλων, ὥσπερ καὶ Λακεδαιμόνιοι, οὗτοι δεινοὶ τοῖς νικηθεῖσι.“ τοῦτο δὲ ὅμοιόν ἐστι τῷ λέγειν, ὅτι παρὰ τοῖς τυράννοις οὐ μισοῦνται τύραννοι. οἷς ἐπιτίθησι· „Καὶ περὶ μὲν τούτου ἡμῖν ἀφείσθω κινδυνεύεσθαι.“ ὃ μόλις ἂν εἶπε τῶν καταποντιστῶν τις, ἢ ληστῶν, οὐδὲν ἐπιστρεφόμενος τῆς μετὰ ταῦτα τιμωρίας, χαρισάμενος ἐπιθυμίαις ἐν τῷ παρόντι. ἔπειτ' ὀλίγων τῶν μεταξὺ γενομένων ἀμοιβαίων, καὶ τῶν Μηλίων εἰς ἐπιεικῆ συγκαταβαινόντων αἵρεσιν· „Ὥστε δὲ ἡσυχίαν ἄγοντας ἡμᾶς, φίλους μὲν εἶναι ἀντὶ πολεμίων, ξυμμάχους δὲ μηδετέρων, οὐκ ἂν δέξοισθε;“ ἀποκρινόμενον ποιεῖ τὸν Ἀθηναῖον· „Οὐ γὰρ τοσοῦτον ἡμᾶς βλάπτει ἡ ἔχθρα ὑμῶν, ὅσον ἡ φιλία μὲν, ἀσθενείας· τὸ δὲ μῖσος, δυνάμεως παράδειγμα τοῖς ἀρχομένοις δηλούμενον.“ ἐνθύμημα πονηρὸν καὶ σκολιῶς ἀπηγγελμένον. εἰ δὲ τὸ νόημα βούλεταί τις αὐτοῦ σκοπεῖν, τοιόνδε

debimus“. cuius rei cauſſam affert; etiamſi Lacedaemonii imperium ipſorum diſſoluant, veniam tamen daturos eſſe; quod et ipſi multa faciant talia. Sed ponam etiam ipſa eius verba: „Neque enim, qui aliis imperant, vt Lacedaemonii, duriores ſunt in victos“: Hoc non abſimile eſt ab eo, ac ſi quis dicat, tyrannos tyrannis odio non eſſe. Deinde addit: „Sed de his noſtrum eſto periculum“. Hoc vix pirata aliquis, aut praedo, dixiſſet, qui, modo in praeſentia animo obſequatur ſuo, de futuro nihil laborat. Deinde paucis vltro citroque dictis, cum Melii aequas conditiones admitterent, dum inquiunt: „Itaque ſi nos quieſcamus, et vobis pro inimicis amici ſimus, neque ad alteram partem accedamus, nonne nos recipietis“? Athenienſem ita facit reſpondentem: „Inimicitia enim veſtra minus mali affert, quam boni amicitia. ſiquidem amicitia, imbecillitatis; odium vero, potentiae noſtrae, qui praeſumus, argumentum ſubditis praebet“. Praua ſane argumentatio atque implicite prolata. ſi quis eius ſententiam exquirat, talis erit:

ἐςίν· „Ὅτι φιλοῦντες μὲν ἡμᾶς, ἀσθενεῖς φαίνεσθαι πρὸς τοὺς ἄλλους ποιήσετε· μισοῦντες δὲ, ἰσχυρούς. οὐ γὰρ ζητοῦμεν εὐνοίᾳ τῶν ὑπηκόων ἄρχειν, ἀλλὰ φόβῳ.

μ΄. Τούτοις ἕτερα προσθεὶς πάλιν ἀμοιβαῖα περίεργα καὶ πικρὰ, τοὺς Μηλίους ὑποτίθεται λέγοντας, ὅτι κοινὰς τὰς τύχας φέρουσιν οἱ πολέμιοι· καὶ τὸ μὲν εἶξαι εὐθὺς, ἀνέλπιςον, μετὰ δὲ τοῦ δρωμένου ἔτι καὶ ςῆναι ἐλπὶς ὀρθῶς. πρὸς ταῦτα ποιεῖ τὸν Ἀθηναῖον ἀποκρινόμενον λαβυρίνθων σκολιώτερα περὶ τῆς ἐλπίδος, ἐπὶ κακῷ τοῖς ἀνθρώποις γινομένης, κατὰ λέξιν οὕτως γράφων· „Ἐλπὶς δὲ, κινδύνῳ παραμύθιον οὖσα, τοὺς μὲν ἀπὸ περιουσίας χρωμένους αὐτῇ, κἂν βλάψῃ, οὐ καθεῖλε· τοῖς δὲ ἐσάπαν τὸ ὑπάρχον [rr] ἀναῤῥίπτουσι· δάπανος γὰρ φύσει, ἅμα τε γινώσκεται σφαλέντων· καὶ ἐν ὅτῳ ἔτι φυλάξεταί τις αὐτὴν γνωρισθεῖσαν, οὐκ ἐλλείπει. ὃ ὑμεῖς, ἀσθενεῖς τε καὶ ἐπὶ ῥοπῆς μιᾶς ὄντες, μὴ βούλησθε παθεῖν, μηδ᾽ ὁμοιωθῆναι τοῖς πολλοῖς, οἷς

erit: „Si enim amici nobis ſitis, aliis imbecilles eſſe videbimur: ſin inimici, potentes iudicabimur. Non enim, vt diligentibus nos, ſed vt metuentibus imperemus, quaerimus.

XL. His iterum affectata quaedam et amara reſpondentes ſubiungit Melios: communem eſſe inimicis belli fortunam; ei vero, qui ceſſerit, nullam ſpem ſupereſſe; inter agendum autem adhuc melioris fortunae ſpem eſſe. ad quae Athenienſis reſpondet quaedam ipſis labyrinthis intricatiora de ſpe, quae plerumque homines fallere ſoleat; ita ad verbum: „Spes, periculi ſolatium, etſi damno afficiat, non euertit eos, qui illa ſupra modum vtuntur; ſed ab eis, qui omnia in fortunae aleam proiiciunt, (infert enim detrimentum e ſua natura, et cognoſcitur, poſtquam decepti ſunt) a qua qui ſibi cauet iam eam expertus, non errat. Quod vobis, qui infirmi eſtis, quorumque ſalus in diſcrimen adducta, ne velitis euenire; neque iis ſimi-

rr Apud *Thucyd.* (p. 443. *Ed. Oxon.*) ἀναῤῥιπτοῦσι, more verborum circumflexorum. *Sylb.*

παρὸν ἀνθρωπείως ἔτι σώζεσθαι, ἐπειδὰν πιεζομένους αὐτοὺς ἐπιλείπωσιν αἱ φανεραὶ ἐλπίδες, ἐπὶ τὰς ἀφανεῖς καθίστανται, μαντικήν τε καὶ χρησμοὺς, καὶ ὅσα τοιαῦτα μετ' ἐλπίδων λυμαίνεται." ταῦτα οὐκ οἶδα πῶς ἄν τις ἐπαινέσειεν ὡς προσήκοντα εἰρῆσθαι στρατηγοῖς Ἀθηναίων, ὅτι λυμαίνεται τοὺς ἀνθρώπους ἡ παρὰ τῶν θεῶν ἐλπὶς, καὶ οὔτε χρησμῶν ὄφελος, οὔτε μαντικῆς, τοῖς εὐσεβῆ καὶ δίκαιον προῃρημένοις τὸν βίον. εἰ γάρ τι ἄλλο τῆς Ἀθηναίων πόλεως, καὶ τοῦτ' ἐν πρώτοις ἐστὶν ἐγκώμιον, τὸ περὶ παντὸς πράγματος, καὶ ἐν παντὶ καιρῷ, τοῖς θεοῖς ἕπεσθαι, καὶ μηδὲν ἄνευ μαντικῆς καὶ χρησμῶν ἐπιτελεῖν. λεγόντων τε τῶν Μηλίων, ὅτι σὺν τῇ παρὰ τῶν θεῶν βοηθείᾳ, καὶ Λακεδαιμονίοις πεποίθασιν, οὓς εἰ καὶ διὰ μηδὲν ἄλλο, διὰ γοῦν τὴν αἰσχύνην αὐτοῖς βοηθήσειν, καὶ οὐ [s] περιόψεσθαι καὶ συγγενεῖς ἀπολλυμένους· αὐθαδέστερον ἔτι τὸν Ἀθηναῖον ἀποκρινόμενον εἰσάγει „Τῆς μὲν τοίνυν πρὸς τὸ θεῖον εὐ-

ſimiles eſſe, qui, cum adſit facultas, quatenus homini licet, euadendi, omni aperta ſpe deſtituti, ad obſcura ſe conferunt, ad diuinationem, et oracula, et ſi qua ſunt huius generis, quae homines ſpe illectos perdunt". Haec ſane neſcio qua ratione quis ita laudet, vt ea ab Athenienſium ducibus dici oportuiſſe putet; homines *nimirum*, quam in diis ſpem collocant, ea ſaepe fruſtrari, neque eos aut oraculis, aut vaticiniis, opus habere, qui vitam piam ac iuſtam delegerint. Nam ſi qua alia eſt Athenienſium laus, haec ſane in primis eſt maxima, quod omnibus in rebus, atque adeo temporibus omnibus, deos duces ſecuti ſunt, neque ſine vaticiniis, aut oraculis, quidquam perficere voluerunt. Cum vero Melii dicerent, ſe, praeter deorum auxilium, Lacedaemoniis quoque confidere; quos, ſi nullam aliam ob rem, certe ob verecundiam aſſuturos crederent, neque paſſuros, vt propinqui perirent; ita Athenienſem imprudentius inducit reſpondentem: „Quod ad beneuolentiam erga

s Forſan legendum περιόψεσθαι τοὺς συγγ. ἀπολλ. P. 915. v. 1. ſcriptus liber habet λελήψεσθαι: minus conuenienter. *Sylb.*

t In

μενείας οὐδ' ἡμεῖς οἰόμεθα λελεῖφθαι· οὐδὲν γὰρ ἔξω τῆς ἀνθρωπείας, τῶν μὲν, ἐς τὸ θεῖον νομίσεως, τῶν δὲ, ἐς σφᾶς αὐτοὺς βουλήσεως, δικαιοῦμεν, ἢ πράσσομεν. ἡγούμεθα γάρ τό τε θεῖον δόξῃ, [t] τἀνθρώπειόν τε σαφῶς διὰ παντὸς ὑπὸ φύσεως ἀναγκαίως, οὗ ἂν κρατῇ, ἄρχειν." τούτων ὁ νοῦς ἐστι μὲν δυσείκαστος, καὶ τοῖς πάνυ δοκοῦσιν ἐμπείρως τοῦ ἀνδρὸς ἔχειν· κατακλείεται δ' εἰς τοιοῦτόν τι πέρας· ὅτι τὸ μὲν θεῖον δόξῃ γινώσκουσιν ἅπαντες, τὰ δὲ πρὸς ἀλλήλους δίκαια τῷ κοινῷ τῆς φύσεως κρίνουσι νόμῳ· οὗτος δ' ἐστιν, ἄρχειν ὧν δύνηταί τις κρατεῖν. [u] ἀκόλουθα καὶ ταῦτα τοῖς πρώτοις, καὶ οὔτε Ἀθηναίοις, οὔτε Ἕλλησι, πρέποντα εἰρῆσθαι.

μα'. Πολλὰς δυνάμενος [x] εἰς διανοίας παρασχέσθαι, τὸ συνετὸν ἐχούσας πονηρόν· ἵνα μὴ πλείων ὁ λόγος

erga deos attinet, exiſtimamus, nos aliis inferiores non eſſe. nihil enim extra humanum inſtitutum, vel quod ſpectat ad opinionem de diis, vel ad voluntatem erga nos ipſos, aut ſentimus, aut agimus. Nam quod ad numina pertinet, de illis, quod opinione receptum eſt, ſentimus: de hominibus ita naturae neceſſitate comparatum, vt is victo dominetur, qui vicerit". Horum quidem ſententia perdifficilis: etiam iis, qui non mediocrem in eius ſcriptis vſum habere videntur. huc tamen eius oratio videtur ſpectare; numen quidem ipſum opinione omnes cognoſcere; quae vero inter homines iuſta, communi naturae lege iudicari; quae ſuadet, vt iis aliquis imperet, quos ſubiicere poteſt. Sunt et iſta a primis illis diuerſa: quae quidem neque Athenienſes, neque vero Graecos ipſos, dicere decebat.

XLI. Multa praeterea afferre poſſem, quae prudentiam vafram prae ſe ferunt. ſed ne praeter modum excreſcat oratio, vlti-

t In vulgatis *Thucydidis* τὸ ἀνθρώπειον ſine contractione. et ſeq. v. φύσεως ἀναγκαίως. eodem caſu. *Sylb.*

u Ἀνακόλουθα legiſſe videtur *Interpres.*

x Pro εἰς non dubito quin legendum ſit ἔτι, vt ſupra p. 895. v. pen. *Sylb.*

 y In

γένοιτό μοι τȣ̃ μετρίȣ, τὴν τελευταίαν ἔτι προϑήκην παραλήψομαι μόνην· ἣν ἀπαλλαττόμενος ἐκ τȣ̃ συλλόγȣ ὁ Ἀϑηναῖος εἴρηκεν· „Ἀλλ᾽ ὑμῶν τὰ μὲν [y] ἰσχυρὰ ὄντα ἐλπιζόμενα μέλλεται· τὰ δὲ παρόντα, βραχέα πρὸς τὰ ἤδη ἀντιτεταγμένα [z] περιγενέσϑαι. πολλήν γε ἀλογίαν, φησὶ, τῆς διανοίας παρέχετε, εἰ μὴ μεταστησάμενοι (ἔτι) ἡμᾶς, ἄλλο τι τῶνδε σωφρονέστερον γνώσεσϑε.“ οἷς ἐπιτίϑησιν· „Οὐ γὰρ δὴ ἐπί γε τὴν ἐν τοῖς αἰσχροῖς καὶ προὔπτοις κινδύνοις πλεῖστα διαφϑείρȣσαν ἀνϑρώπȣς αἰσχύνην τρέψεσϑε. πολλοῖς γὰρ προορωμένοις ἔτι, ἐς οἷα φέρονται, τὸ αἰσχρὸν καλȣ́μενον, ὀνόματος ἐπαγωγȣ̃ δυνάμει ἐπεσπάσατο ἡσσηϑεῖσι τȣ̃ ῥήματος, ἔργῳ ξυμφοραῖς ἀνηκέστοις ἑκόντας περιπεσεῖν.“ [a] τȣ́των τῶν λόγων ὅτι μὲν ȣ̓́τ᾽ αὐτὸς μετέσχεν ὁ

vltimam tantum partem additamenti loco aſſumam, quam Athenienſis a conuentu diſcedens dixit: „Caeterum quae vos vehementiſſime ſperatis, futura ſunt; at praeſens breue eſt tempus, ad ea ſuperanda, quae praeſto ſunt. magnamque declaratis amentiam, niſi, nobis iterum ſemotis, aliud prudentius decernatis“. Quibus ſubiungit: „Non enim vos ad verecundiam, quae hominibus in foedis et apertis periculis exſtitit plerumque pernicioſa, conuertetis. multos enim proſpicientes, quo ferantur, id quod turpe vocatur, nominis allicientis vi adduxit, vt, victi verbo, re in calamitates grauiſſimas ſponte prolaberentur“. Quod vero horum ſermonum minime

y In vulgatis *Thucydidis* libris pro ἰσχυρὰ ὄντα habemus ἰσχυρότατα: et mox ὑπάρχοντα pro παρόντα. *Sylb.*

z Vulgatae *Thucydidis* editiones habent περιγίγνεσϑαι: et mox πολλήν τε. Ex eiſdem v. 7. addita eſt incluſa particula ἔτι. *Sylb.*

a Τȣ́των τῶν λόγων ὅτι μὲν ȣ̓́τ᾽ αὐτὸς μετέσχεν ὁ συγγραφεὺς] Hoc colloquium multis modis exagitat *Dionyſius*. Ac de vniuerſo primum: Quod vero horum ſermonum (inquit) minime fuerit particeps *Thucydides*, cum neque ipſe conuentui interfuerit, neque, quae ab Athenienſibus, aut Meliis, dicerentur, audiuerit, ex iis, quae proxime ſuperiore libro commemorat, facile poſſumus cognoſcere. Nam poſtquam Amphipoli dux fuiſſet, eiectus e pa-

συγγραφεὺς, τῷ συλλόγῳ τότε παρατυχὼν, ὅτε τῶν διαθεμένων αὐτοὺς Ἀθηναίων, ἢ Μηλίων, ἤκουσεν, ἐξ ὧν αὐτὸς ἐν τῇ πρὸ αὐτῆς βίβλῳ περὶ αὐτοῦ γράφει, μα-

me fuerit particeps Thucydides, cum neque ipſi conuentui interfuerit, neque, quae ab Athenienſibus, aut Meliis, dicerentur, audiuerit, ex iis, quae ipſe praecedente libro commemorat, facile

e patria, per omne reliquum belli tempus in Thracia vixit. Hic primo manifeſte falſum *Dionyſius* dicit, *Thucydidem* patria eiectum, poſtea ſemper in Thracia longe a bello remotum vixiſſe. Ipſe enim de ſe *Thucyd.* ſcribit, cum in exſilium poſt Amphipolitanam praefecturam eiectus fuiſſet, factum eſſe, vt vtriuſque partis rebus geſtis interfuerit, nec parum Peloponneſiorum res, ob id exſilium, cognouerit. Hic aperte *Thucyd.* ſe, poſtquam patria pulſus ſit, rebus geſtis affuiſſe dicit. Et teſtatur in eius vita *Marcellinus*, *Thucydidem*, patria pulſum, in Aeginam ſe (quae vt plurimum vnius diei nauigatione ab Melo diſtat) contuliſſe. Deinde nihil magis miror, quam id quaerere *Dionyſium*, quo modo colloquium hoc potuerit edere *Thucydides*, cum conuentui non interfuerit. quo modo omnium hiſtoricorum fides eleuari poſſet: qui certe pleriſque rebus, quas ſcripſerunt, non modo non interfuerunt, ſed nec eodem tempore vixerunt. Sic ipſe *Dionyſius* res Romanorum ſcripſit, quibus aliquot ſeculis poſterior fuit. Optimum quidem foret, ab iis, qui ipſis rebus interfuerunt, omnia prodita eſſe, ſed quia id res humanae non patiuntur, non idcirco falſa ſcriptorum fides eſt, qui ab aliis accepta memoriae mandarunt. *Thucydides* tamen noſter his omnibus difficultatibus quam minime laborauit: qui totius Peloponneſiaci belli tempore vixit, et, cum id inciperetur, non puer, ſed iam in aetate fuit: rebus vero geſtis plurimis ipſe interfuit: caeteris ita in propinquo erat, vt quotidie homines, qui rebus interfuerunt, percontandi audiendique amplam habuerit facultatem. Igitur ſi quiſquam alius, certe *Thucydides* is eſt, cui minime omnium, quaſi incomperta ſcripſerit, obiici queat. *Ex Dionyſio* ego multo libentius, et, ni fallor, iuſtius, quaererem, vnde orationes Aeneae, Latini, Romuli, et inprimis elegans illud, omnique artificio oratorio elaboratum, Tulli Hoſtilii, Romani regis, cum Metio Suffetio Albano colloquium, non breuius hoc *Thucydideo*, acceperit, cum ipſe plus, quam ſeptingentis annis, poſterior vixerit. *Acacius.*

θεῖν ῥάδιον· ὅτι μετὰ τὴν ἐν Ἀμφιπόλει στρατηγίαν ἐξελαθεὶς τῆς πατρίδος, πάντα τὸν λοιπὸν τοῦ πολέμου χρόνον ἐν Θρᾴκῃ διέτριψε. λείπεται δὴ σκοπεῖν, εἰ τοῖς τε πράγμασι προσήκοντα, καὶ τοῖς συνεληλυθόσιν εἰς τὸν σύλλογον προσώποις ἁρμόττοντα πέπλακε διάλογον [b] ἐχόμενος, ὡς ἔγγιστα τῆς συμπάσης γνώμης τῶν ἀληθῶς λεχθέντων, ὡς αὐτὸς ἐν τῷ προοιμίῳ τῆς ἱστορίας προείρηκεν. ἆρ᾽ οὖν, ὥσπερ τοῖς Μηλίοις οἰκεῖοι καὶ προσήκοντες ἦσαν οἱ περὶ τῆς ἐλευθερίας λόγοι, παρακαλοῦντες τοὺς Ἀθηναίους μὴ καταδουλοῦσθαι πόλιν Ἑλληνίδα μηδὲν ἁμαρτάνουσαν εἰς αὐτοὺς, οὕτως καὶ τοῖς Ἀθηναίων στρατηγοῖς πρέποντες ἦσαν οἱ περὶ τῶν δικαίων, μήτ᾽ ἐξετάζειν ἐῶντες, μήτε λέγειν, ἀλλὰ τὸν τῆς βίας καὶ πλεονεξίας νόμον εἰσάγοντες, καὶ ταῦτ᾽ εἶναι δίκαια τοῖς ἀσθενέσιν ἀποφαίνοντες, ὅσα τοῖς ἰσχυροτέροις δοκεῖ; ἐγὼ μὲν γὰρ οὐκ οἴομαι, τοῖς ἐκ τῆς εὐνομωτάτης

facile eſt cognoſcere. nam, poſtquam in vrbe Amphipoli dux fuiſſet, eiectus ex patria, per reliquum belli tempus in Thracia vixit. Reſtat ergo, vt conſideremus, an vel rebus ipſis, vel perſonis ad id colloquium conuenientibus, aptum dialogum finxerit; cum eius fuerit muneris, ſicut in ipſo hiſtoriae *prooemio* ſe facturum profitetur, vt, quae vera eſſent, diceret. Num igitur, ſicuti illa Meliis de libertate oratio conueniebat, qua Athenienſes admonebant, ne ciuitatem Graecam, quae nihil mali admiſiſſet, ſeruire cogerent; ita et illa altera Athenienſium ducibus erat accommodata, qui de rebus iuſtis nec quaerere, nec dicere, permittebant, ſed, violentiae atque auaritiae legem inuehentes, ea demum iuſta eſſe dicebant in imbecilliores, quae potentioribus viderentur? Equidem ducibus, ab optime conſtituta rep. ad exteras ciuitates miſſis, hanc orationem

b Ἐχόμενον, ὡς εἴ τις τὰ τῆς etc.] Vitiatus eſt locus. paulo melior lectio haec eſſet: λεγόμενον, ὡς, εἴ τι μετὰ τῆς συμπάσης γνώμης καὶ ἀληθείας (vt infra p. 161. iuxta *Ed. Sylb.*) λεχθείη, *quod ſcilicet colloquium ita haberetur, ac ſi quid ſerio animi ſtudio et vere diceretur.* Sed, vt verum fatear, ea lectio mihi non ſatisfacit. *Sylb.*

c Et

τάτης πόλεως ἐπὶ τὰς ἔξω πόλεις ἀποστελλομένοις ἡγεμόσι ταῦτα προσήκειν λέγεσθαι· οὐδ' ἂν ἀξιώσαιμι τοὺς μὲν μικροπολίτας καὶ μηδὲν ἔργον ἐπιφανὲς ἀποδειξαμένους Μηλίους, πλέονα τοῦ καλοῦ ποιεῖσθαι πρόνοιαν, ἢ τοῦ ἀσφαλοῦς, καὶ πάντα ἑτοίμους εἶναι τὰ δεινὰ ὑποφέρειν, ἵνα μηδὲν ἄσχημον ἀναγκασθῶσι πράττειν· τοὺς δὲ προελομένους τήν τε χώραν καὶ τὴν πόλιν ἐκλιπεῖν κατὰ τὸν Περσικὸν πόλεμον Ἀθηναίους, ἵνα μηδὲν αἰσχρὸν ὑπομείνωσιν ἐπίταγμα, τῶν [c] ταῦτα προαιρουμένων ὡς ἀνοήτων κατηγορεῖν. οἴομαι δ', ὅτι, κἂν εἴ τινες ἄλλοι, παρόντων Ἀθηναίων, ταῦτα ἐπεχείρουν λέγειν, ἐπαχθῶς ἤνεγκαν ἂν οἱ τὸν κοινὸν βίον ἐξημερώσαντες. ἐγὼ μὲν δὴ διὰ ταύτας τὰς αἰτίας οὐκ ἐπαινῶ τὸν λόγον τοῦτον, ἀντιπαρεξετάζων τὸν ἕτερον. ἐν ἐκείνῳ μὲν γὰρ Ἀρχίδαμος ὁ Λακεδαιμόνιος δίκαιά τε προκαλεῖται τοὺς Πλαταιεῖς, καὶ λέξει κέχρηται καθαρᾷ καὶ σαφεῖ, καὶ οὐδὲν ἐχούσῃ [d] σχῆμα βεβασανισμένον, οὐδὲ ἀνα-

tionem minime dignam arbitror. Neque vero placet, vt Melii, paruae ciuitatis incolae, qui nihil illuſtre praeſtiterunt, maiorem dignitatis, quam ſecuritatis, rationem habuiſſe, ac, ne quid indignum facere cogerentur, ad grauiſſima perferenda promti fuiſſe videantur: Athenienſes vero, qui Perſico bello et ciuitatem et regionem relinquere, quam turpi alicui mandato obtemperare, malebant, Meliorum ſtultitiam reprehendant; qui idem, quod ipſi ante feciſſent, ſibi proponerent. Exiſtimo equidem, ſi quis haec coram Athenienſibus, qui vitam communem ad elegantiorem cultum traduxerunt, dicere aggreſſus eſſet, eius orationem ipſis futuram fuiſſe permoleſtam. His ſane adductus, hanc orationem cum illa altera conferens, minime laudo: nam in illa Archidamus Lacedaemonius ad ea, quae iuſta eſſent, Plataeenſes hortatur, dictione vtens pura, et dilucida, quaeque nullam dicendi figuram habeat vel coactam,

c Et *ταῦτα* ferri poteſt, et *ταὐτὰ* reponi. *Sylb.*

d Conuenientius *σχῆμα βεβιασμένον*, vt p. 921. v. 2. et ſupra p. 899. v. 14. *Sylb.*

κόλουθον· ἐν τούτῳ δὲ οἱ φρονιμώτατοι τῶν Ἑλλήνων αἴσχιστα μὲν ἐνθυμήματα φέρουσιν, ἀηδεστάτῃ δ' αὐτὰ περιλαμβάνουσι λέξει· εἰ μὴ ἄρα μνησικακῶν ὁ συγγραφεὺς τῇ πόλει διὰ τὴν καταδίκην, ταῦτα τὰ ὀνείδη κατεσκέδασεν αὐτῆς, ἐξ ὧν ἅπαντες μισήσειν αὐτὴν ἔμελλον. ἃ γὰρ οἱ προεστηκότες τῶν πόλεων, καὶ τηλικαύτας ἐξουσίας πιστευόμενοι, φρονεῖν τε καὶ λέγειν πρὸς τὰς πόλεις ὑπὲρ τῆς αὐτῶν [e] πατρίδος, ταῦτα κοινὰ ὑπολαμβάνουσιν ἅπαντες εἶναι τῆς ἀποστελλούσης πόλεως αὐτούς. καὶ περὶ μὲν τῶν διαλόγων ἅλις.

μβʹ. Τῶν δημηγορικῶν λόγων τεθαύμακα μὲν τὸν ἐν τῇ πρώτῃ βίβλῳ ῥηθέντα ἐν Ἀθήναις [f] ὑπὸ Περικλέους περὶ τοῦ μὴ εἴκειν Λακεδαιμονίοις, τὸν ἔχοντα τήνδε τὴν ἀρχήν· „Τῆς μὲν γνώμης, ὦ Ἀθηναῖοι, ἀεὶ τῆς αὐτῆς ἔχομαι, μὴ εἴκειν Πελοποννησίοις·“ ὡς καὶ τοῖς ἐνθυμήμασιν ἡρμηνευμένον δαιμονίως, καὶ οὔτε

coactam, vel inconſequentem: in hac vero Graecorum ſapientiſſimi turpiſſimas ſententias maxime iniucunda oratione comprehendunt; niſi forte Thucydidem odio, quod eum eieciſſent, hac labe ciuitatem ſuam adſperſiſſe dicamus, vt omnibus eam inuiſam redderet. quae enim ciuitatum principes, quibus rerum ſumma concredita, et ſentire et dicere de ſua patria apud alias ciuitates conſueuerunt, ea omnes communia arbitrantur eſſe eius ciuitatis, quae eos legaſſet. Sed de dialogis quidem hactenus.

XLII. Ex concionibus vero illam admiratus ſum, in *primo libro* Athenis a Pericle habitam, in qua agitur, ne Lacedaemoniis Athenienſes cedant: cuius hoc eſt initium: „Sententiam equidem eandem ſemper retineo, Athenienſes; ne Lacedaemoniis cedamus“. quae, ſi ſententias ſpectemus, diuine eſt enun-

e Poſt πατρίδος deeſt verbum εἰώθασιν, εἰσάγονται, vel aliud ſimile. *Sylb.*

f Scriptus liber habet ὑπὲρ Περικλέους. ſed ὑπὸ legendum eſſe, ſatis declarant iſta *Thucydidis* (p. 78. *Ed. Oxon.*) καὶ παρελθὼν Περικλῆς ὁ Ξανθίππου, παρῄνει τάδε. *Sylb.*

g Nota

κατὰ τὴν σύνθεσιν τῶν μορίων, οὔτε κατὰ τὴν ἐξαλλαγὴν τῶν σχηματισμῶν τῶν ἀνακολούθων καὶ βεβιασμένων ἐνοχλοῦντα τὰς ἀκοάς, πάσας δὲ περιειληφότα τὰς ἀρετάς, ὁπόσαι γίγνονται περὶ δημηγορικούς· καὶ τοὺς ὑπὸ Νικίου τοῦ στρατηγοῦ ῥηθέντας ἐν Ἀθήναις ὑπὲρ τῆς εἰς Σικελίαν στρατείας· τήν τε πεμφθεῖσαν ὑπὸ αὐτοῦ τοῖς Ἀθηναίοις ἐπιστολήν, ἐν ᾗ χρῄζει συμμαχίας ἄλλης καὶ διαδόχου, κάμνων τὸ σῶμα ὑπὸ νόσου· καὶ τὴν παράκλησιν τῶν στρατιωτῶν, ἣν ἐποιήσατο πρὸ τῆς τελευταίας ναυμαχίας· καὶ τὸν παραμυθητικὸν λόγον, ὅτε πεζῇ τὴν στρατιὰν ἔμελλεν ἀπάγειν, ἀπολωλεκὼς τὰς τριήρεις ἁπάσας· καὶ εἴ τινες εἰσὶν ἄλλαι τοιαῦται δημηγορίαι καθαραὶ καὶ σαφεῖς, καὶ εἰς τοὺς ἀληθινοὺς ἀγῶνας ἐπιτήδειοι. ὑπὲρ ἁπάσας δὲ τὰς ἐν ταῖς ἑπτὰ βίβλοις φερομένας τὴν Πλαταιέων ἀπολογίαν τεθαύμακα, παρ' οὐδὲν οὕτως ἕτερον, ὡς τὸ μὴ βεβασανίσθαι, μηδὲ [g] κατεπιτηδεῦσθαι, ἀληθεῖ δέ τινι καὶ φυσικῷ κεκοσμῆσθαι

enunciata; ſi vero compoſitionem partium, et figurarum non cohaerentium et coactarum mutationes, minime auribus eſt moleſta, omneſque virtutes, quae in concionibus vſurpantur, adhibitas in ea videmus. Eodem modo ſuſpicio illam Niciae ducis concionem Athenis habitam, qua de mittenda in Siciliam expeditione agit: et epiſtolam ab eodem ad Athenienſes miſſam; in qua, cum morbo laboraret, auxilium et ſucceſſorem ſibi dari poſtulat: item exhortationem illam, qua ante poſtremum proelium nauale vſus eſt ad milites: et conſolationem illam, cum, amiſſis triremibus omnibus, exercitum terreſtri itinere vellet abducere; ac ſi quae ſunt aliae eius generis conciones, purae ac dilucidae, et ad veras contentiones accommodatae. Illam profecto Plataeenſium reſponſionem ſupra omnes, quae ſeptem libris continentur, admiratus ſum; non aliam ob cauſſam magis, quam quod nullis fucatis et curioſe conquiſitis, ſed veris et naturalibus coloribus ſit depicta. Senten-

g Nota hic (inquit *Sylb.*) κατεπιτηδεῦσθαι, ſine augmento; vt ſupra οἰκοφθορημένης, p. 842. v. 14. at non item infra p. 161. et 172. iuxta *Ed. Sylb.*

b Re-

χρώματι. τά τε γὰρ ἐνθυμήματα πάθους ἐστὶ μεστά, καὶ ἡ λέξις οὐκ ἀποστρέφουσα τὰς ἀκοάς· ἥ τε γὰρ σύνθεσις εὐεπὴς, καὶ τὰ σχήματα τῶν πραγμάτων ἴδια. ταῦτα δὴ τὰ Θουκυδίδου ζηλωτὰ ἔργα, καὶ ἀπὸ τούτων τὰ μιμήματα τοῖς ἱστοριογραφοῦσιν [h] ὑποτίθεται λαμβάνειν.

μγ΄. Τὴν δ᾽ ἐν τῇ δευτέρᾳ βίβλῳ Περικλέους ἀπολογίαν, ἣν ὑπὲρ αὐτοῦ διετίθετο, τραχυνομένων Ἀθηναίων, ὅτι τὸν πόλεμον ἔπεισεν αὐτοὺς ἀναλαβεῖν, οὐχ ὅλην ἐπαινῶ· οὐδὲ τὰς περὶ τῆς Μιτυληναίων πόλεως δημηγορίας, ἃς διέθετο Κλέων καὶ Διόδοτος ἐν τῇ τρίτῃ βίβλῳ· οὐδὲ τὴν Ἑρμοκράτους τοῦ Συρακουσίου πρὸς Καμαριναίους· οὐδὲ τὴν Εὐφήμου, τοῦ πρεσβευτοῦ τῶν Ἀθηναίων, τὴν ἐναντίαν ταύτης· οὐδὲ τὰς ὁμοίας ταύταις. οὐ γὰρ ἀνάγκη πάσας ἐξαριθμεῖσθαι τὰς εἰς τὸν αὐτὸν κατεσκευασμένας τῆς διαλέκτου χαρακτῆρα. ἵνα δὲ μὴ δόξῃ τις φάσεις ἀναποδείκτους με λέγειν, πολλὰς πα-

dum tumidis et faſtidioſis, facile refutari poſſunt. Si quis autem enucleatim haſce calumnias cupiat examinare, inueniet, quaedam plus ei laudis, quam vituperationis, afferre; alia autem non vere ab eo obiecta. Quod enim dixerit, amaris eum verbis orationem componere, id quando opus eſt, (et quidem ſaepe eſt opus, et maxime in argumentis patheticis) laudi potius oratori vertitur. Quod auditores ad leges obſeruandas, ad crimina acriter inquirenda, et ad delinquentes et reos puniendos acriter adhortaretur, illud in eloquentia vel ſolum, vel ſaltem inprimis, laudamus. Fieri enim non poteſt, vt, qui mollibus in compoſitione verbis vtitur, iram, vel odium, vel ſimilem aliquem affectum, moueat: ſed ſententiae quaerendae ſunt, quae huiuſmodi affectus inducunt, et iis verbis eas veſtire oportet, quibus auditores exacerbari ſolent. Si vero illum acerbo loquendi modo non opportune oſtendiſſet vſum, vel nimis frequenter adhibuiſſe, vel a moderatione defle-

mniator Demoſthenis.

k Exemplar habet εἴτε: parum apte. *Sylb.*

l Ex-

ἀστοχοῦντα, εἰκότως ἂν ὡς ἁμαρτάνοντα διέβαλλεν. ὁ δὲ τούτων μὲν οὐθέτερον ἔχει δεικνύναι, κοινῶς δὲ διαβάλλει τὴν παθητικὴν διάλεκτον, οὖσαν ἐπιτηδειοτάτην εἰς πολιτικοὺς παραλαμβάνεσθαι λόγους, λεληθότα ἐγκώμια μεταφέρων εἰς τὰς κατηγορίας, ὥσπερ ἔφην.

νϛʹ. Τὰ δ' αὐτὰ καὶ περὶ τῆς περιέργου λέξεως ἔχοι τις ἂν εἰπεῖν πρὸς τὸν Αἰσχίνην, ἐπειδὴ καὶ ταύτην αὐτοῦ χλευάζει τὴν ἀρετήν. δεχέσθω δέ τις τὴν περιεργίαν τῶν ὀνομάτων ὑπ' αὐτοῦ λέγεσθαι νυνὶ, περιττὴν ἐργασίαν καὶ ἐξηλλαγμένην τῶν ἐν ἔθει. οὐ γὰρ δή γε εἰ ὁ καθ' ἡμᾶς βίος πολλὰ καὶ ἄλλα εἰκῇ τιθεὶς ἐπὶ τοῖς πράγμασιν ὀνόματα, καὶ ταύτην ἀδιαφόρως κυκλεῖ τὴν λέξιν ἐπὶ τῆς πολυπραγμοσύνης, οὕτω καὶ τοὺς ἀρχαίους εἰκὸς αὐτῇ κεχρῆσθαι. εἰ μὲν οὖν τὴν ἀκαιρίαν, ἢ τὸν πλεονασμὸν, τῆς ἐξηλλαγμένης ἑρμηνείας διασύρων, καὶ ταῦτα εἴρηκεν, ὡς τοῦ Δημοσθένους περὶ ἑκάτερον αὐτῶν ἁμαρτάνοντος, ψεύδεται περιφανῶς. ὁ γὰρ ἀνὴρ ἐν μὲν ταῖς δημηγορίαις καὶ τοῖς δημοσίοις ἀγῶσι πρὸς τὸ μέγεθος καὶ τὸ ἀξίωμα τῶν ὑποθέσεων

deflexiſſe; merito eum quaſi culpabilem arguiſſet. Sed nihil tale in eo oſtendere potuit, ſed in genere eum ſermonem, qui affectibus concitandis eſt idoneus, qui tamen in orationibus forenſibus requiritur, cauillatur, occulte, vt dixi, laudans, in quibus vituperat.

LVI. Haec ipſa quoad affectatum et comtum ſermonem contra Aeſchinem, cum et hanc ei virtutem exprobret, etiam quis dicat. Sed ſibi perſuadeat, comtam et affectatam verborum ſtructuram ab ipſo appellari hîc ſuperuacaneam compoſitionem, et a communi loquendi genere deflectentem. Non enim, ſi noſtra aetas multa nomina rebus temere accommodet, et hanc dictionem indifferenter de curioſitate vſurpet, ita et veteres hac vſos fuiſſe ſit veriſimile. Si igitur vel inopportunum, vel nimis frequentem, nouae et ſingularis elocutionis vſum reprehendat, et ad haec in vtroque dicat Demoſthenem peccaſſe, aperte mentitur. Ipſe enim orator, in publicis et forenſibus cauſis ad magnificentiam et ſplendorem argumentorum

ἀποβλέπων, κέχρηται τῇ τοιαύτῃ κατασκευῇ πολλάκις· ἐν δὲ τοῖς ἰδιωτικοῖς λόγοις, οὓς περὶ μικρῶν συμβολαίων ἰδιώταις ἀνθρώποις ἔγραψε, τὴν κοινὴν καὶ συνήθη λέξιν ἐπιτηδεύει, σπανίως δέ ποτε τὴν περιττὴν, καὶ οὐδὲ ταύτην ἐπ' αὐτοφώρῳ, ἀλλ' ὥστε λαθεῖν. εἰ δὲ κἀνταῦθα τῷ γένει τῆς ἐξαλλαγῆς ὅλῳ πολεμῶν ταῦτ' εἴρηκεν Αἰσχίνης, ἄτοπόν τι ποιεῖ πρᾶγμα, ταύτην διασύρων τὴν δεινότητα, ἧς πλείστης τῷ ῥήτορι δεῖ. [l] τὸ γὰρ μὴ τοῖς πολλοῖς ὁμοίως ἐκφέρειν τὰς νοήσεις, ἀλλ' ἐπὶ τὸ σεμνότερον καὶ ποιητικώτερον ἐκβιβάζειν τὴν ὀνομασίαν, παρὰ τῆς πολιτικῆς δυνάμεως μάλιστα [m] ἀπαιτεῖται. ταῦτα μὲν οὖν, ἐγκώμια τῆς Δημοσθένους δεινότητος ὄντα, ὡς ἁμαρτήματα φέρων Αἰσχίνης, οὐκ ἀληθῶς μὲν, εὐλόγως δ' ἴσως, ἐχθρὸς ὢν, καὶ οὐδὲν ἄλλο διαβάλλειν δυνάμενος, ἀπερισκέπτως, ὡς ἐγὼ κρίνω, συκοφαντεῖ.

νζ'. Τὸ δὲ φάσκειν, φορτικοῖς καὶ ἀηδέσι τοῖς ὀνόμασιν αὐτὸν κεχρῆσθαι, πόθεν ἐπῆλθεν αὐτῷ λέγειν, ὑπὲρ πάντα

rum reſpectu habito, hoc elocutionis genere ſaepius eſt vſus: at in cauſis priuatis, in quibus de rebus tenuibus ad plebem perorauit, commune et tritum loquendi genus adhibuit, raro autem excellens et affectatum, nec illud aperte, ſed occulte. Si haec Aeſchines, omni nouitati inimicus, obiicit, ineptit, hanc in eo vehementiam arguens, quae oratori maxime neceſſaria eſt. Non enim more vulgi et ſimpliciter ſententias efferre, ſed ſplendide et compoſite verba collocare, in forenſi eloquentia potiſſimum requiritur. Haec cum in Demoſthenis vehementia laudanda ſint potius, quaſi errata reprehendit Aeſchines, non quidem vere, ſed fortaſſe veriſimiliter, cum eius inimicus fuerit; cum vero nihil aliud in eo potuerit reprehendere, inconſiderate meo iudicio illum ſugillat.

LVII. Porro quod intolerabilium et faſtidioſorum verborum vſum ei obiecerit, equidem valde miratus ſum. Nihil enim *Demoſthenes*

l Exemplar habet τῷ γὰρ, dandi caſu: parum apte. *Sylb.*

m In exemplari ἀπαιτοῦντες: incongruenter. *Sylb.*

ἔγωγε τεθαύμακα. οὐδὲν γὰρ εὑρίσκω τούτων παρὰ Δημοσθένει κείμενον, ὧν εἰρηκέναι φησὶν αὐτὸν Αἰσχίνης· οἷον ὅτι n „οὐ δεῖ τῆς φιλίας ἀπορρῆξαι τὴν συμμαχίαν" καὶ ὅτι „ἀμπελουργοῦσί τινες τὴν πόλιν" καὶ o „ὑποτέτμηται τὰ νεῦρα τοῦ δήμου" καὶ „φορμορραφούμεθα" καὶ „ἐπὶ τὰ στενά τινες ὥσπερ τὰς βελόνας διείρουσιν" οἷς αὐτὸς ἐπιτίθησι διακωμῳδῶν· p „ταῦτα δ', ὦ κίναδος, τί ἐστι; ῥήματα, ἢ θαύματα;" οὐδέ γ' ἄλλα τινὰ φορτικὰ καὶ ἀηδῆ ὀνόματα ἐν οὐδενὶ τῶν Δημοσθένους λόγων εὑρεῖν δεδύνημαι· καὶ ταῦτα πέντε, ἢ ἓξ μυριάδας στίχων ἐκείνου τοῦ ἀνδρὸς καταλελοιπότος. εἰ μέντοι ἔνιοι ψευδεπίγραφοί εἰσι λόγοι ἀηδεῖς, καὶ φορτικαὶ καὶ ἄγροικοι κατασκευαί, ὡς ἐν τῇ κατ' Ἀριστογείτονος

non vtitur turgidis verbis.

enim tale apud Demoſthenem reperio, qualia eum dixiſſe Aeſchines refert, vt ſunt haec: „Neque amicitiae rumpere communionem": et: „Suffodiunt nonnulli remp. quaſi vineam": et: „Succiſi ſunt populi nerui": et: „Inſtar corbis in anguſtias conſuimur": et: „Nos quidam veluti acus traiiciunt". Quibus ille alia comicos imitatus addit: „Nonne eſt illa humana vulpes? exotica ſane haec ſunt verba et faſtuoſa, nec alia ſimilia in aliqua oratoris noſtri potui oratione reperire, cum tamen quinquaginta, vel ſexaginta, verſuum millia reliquerit. An autem orationes aliquae, quae falſo illi tributae ſunt, faſtidioſa verba contineant, et tumida ac ruſtica in eis ſit compoſitio, vt, in oratione *aduerſus Ariſtogitonem* ſecunda,

Demoſtheni falſò ad-

n Vide *Photii* Bibliothecam, p. 800.

o Ad phraſin iſtam, ὑποτέτμηται τὰ νεῦρα τοῦ δήμου, alludit ſupra ἐκνενευρισμένοι — p. 1019. v. 11. *Sylb.*

p Locus hic in orat. *pro Corona* ſic legitur in vulg. editt. τοῦτο δὲ καὶ φύσει κίναδος τἀνθρώπιόν ἐστιν, οὐδὲν ἐξ ἀρχῆς ὑγιὲς πεποιηκός. Eodemque vocabulo vtitur etiam *Ariſtophanes*: et *Sophocles* Vlyſſem vocat ἐπίτριπτον κίναδος. quem *Homerus* κερδαλεόφρονα, *vulpina mente*, ſeu *vulpina aſtutia*, *praeditum*. Forſan ergo ſic a *Dionyſio* clauſus fuit hic locus: τοῦτο δὲ οὐ κίναδος τἀνθρώπιόν ἐστι; ταῦτα δὴ τὰ ῥήματα τὰ θαυμαστά: vel ταῦτα δὴ ῥημάτων θαύματα. exemplar ſane ambiguo errore habet θαύμαστα. *Sylb.* [Vulgatae ſic dant: ταῦτα δὲ οὐ κίναδός τις ἐστί. "ῥήματα, ἢ θαυμαστά;]

q In

β΄, καὶ ἐν τῇ ἀπολογίᾳ τῶν δώρων, καὶ ἐν τῷ μὴ ἐκδοῦναι Ἅρπαλον, καὶ ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας, καὶ ἐν τῷ περὶ τῶν πρὸς Ἀλέξανδρον συνθηκῶν, ἐν ἄλλοις τε συχνοῖς, οὓς ὁ Δημοσθένης οὐκ ἔγραψεν, [q] ἐν ἑτέρᾳ δηλοῦνταί μοι πραγματείᾳ τὰ περὶ Δημοσθένη. καὶ περὶ μὲν ὧν Αἰσχίνης ἐπιτετίμηκεν αὐτῷ, ταῦτα ἱκανά.

νη΄. Ἤδη δέ που κἀκεῖνό τινες οἱ μὲν ὡς χαρακτηριστικὸν, οἱ δ᾽ ὡς ἁμάρτημα τοῦ ῥήτορος ἐσημειώσαντο· λέγω δὲ τὸ πολλοῖς ὀνόμασι τὸ αὐτὸ πρᾶγμα δηλοῦν ἐνίοτε· οἷά ἐστι ταυτί· [r] „Φιλίππῳ δ᾽ ἐξέσται καὶ πράττειν καὶ ποιεῖν, ὅ τι βούλεται·“ καί· „Τὸν Μηδίαν τοῦτον, οὐκ εἰδὼς, ὅστις ποτ᾽ ἐστὶν, οὐδὲ γινώσκω·“ καί· „Τῆς ἀδελφῆς ἐναντίον, κόρης ἔτι καὶ παιδὸς οὔσης·“ καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα. ὅσοι μὲν οὖν ἰδίωμα τοῦ χαρακτῆρος αὐτὸ ἀποφαίνουσι τοῦ Δημοσθένους, ὀρθῶς λέγουσι· κέχρηται γὰρ αὐτῷ χρησίμως ὁ ἀνὴρ, ὥσπερ τῇ τμητικῇ καὶ τῇ βραχυλογίᾳ, πάντων γε μᾶλλον καὶ

cunda, et in defenſione *de acceptis muneribus*, et in orat. *de non expellendo Harpalo*, et in orat. *contra Neaeram*, et in orat. *de foedere Alexandrino*, aliiſque pluribus, quas ipſe orator non compoſuit, in alio de Demoſthene tractatu demonſtratur. De his itaque, quae illi Aeſchines obiecit, ſatis multa diximus. *ſcriptae orationes.*

LVIII. Iam vero, quod eandem rem multis et ſimilibus aliquando verbis exprimat, nonnulli hoc vt proprium eius ſtylum, nonnulli vt vitium interpretantur: vt ſunt illa: „Philippo licebit et agere et facere, quidquid velit“: et: „Neſcio, qualis ſit hic Midias, nec noui“: et: „Coram ſorore mea, quae adhuc iuuencula, et admodum iuuenis erat“: et alia huiuſmodi. Qui hoc vt proprium characteri eius et ſtylo adſcribunt, recte ſentiunt: hoc enim nemo commodius et conuenientius, quam hic orator, vſus eſt, vti et inciſis et breuitate ſermo-

q In ora *Cod. Bodl.* ἐν ἑτέρᾳ δηλοῦταί μοι πραγματείᾳ τῇ περὶ Δημ. et mox v. 7. ἤδη δή που.

r Φιλίππῳ δέξασθαι] Rectius fortaſſe legemus Φιλίππῳ δ᾽ ἐξέσται, *Philippo autem licebit.* Porro vt ibidem Μηδίας per η ſcriptum legitur, ita etiam apud *Suidam*: Μηδίας, ὁ ῥήτωρ. *Sylb.*

 s Poſ-

εὐκαιρότερον. ὅσοι δ' ἐν ἁμαρτήματος αὐτὸ μοίρᾳ φέρουσι, τὰς αἰτίας οὐκ ἐξητακότες, δι' ἃς εἰώθει πλεονάζειν ἐν τοῖς αὐτοῖς ὀνόμασιν, οὐ δεόντως αὐτοῦ κατηγοροῦσιν, ἀλλ' ἐοίκασιν οἱ τοῦτο συκοφαντοῦντες, τὴν βραχυλογίαν ἐκ παντὸς ἀπαιτεῖν· ἣν, [s] ὅπερ εἶπον, παντὸς μᾶλλον καὶ εὐκαιρότερον παρέχεται· τῶν δ' ἄλλων ἀρετῶν οὐδεμίαν, οὐκέτι συνορῶντες, ὅτι καὶ τῆς σαφηνείας δεῖ στοχάζεσθαι τὸν ῥήτορα, καὶ τῆς [t] ἐνεργείας, καὶ τῆς αὐξήσεως, καὶ τῆς περὶ τὴν σύνθεσιν τῶν ὀνομάτων εὐρυθμίας· ὑπὲρ ἅπαντα δὲ ταῦτα, τοῦ παθητικήν τε καὶ ἠθικὴν καὶ ἐναγώνιον ποιεῖν τὴν λέξιν· ἐν οἷς ἐστιν ἡ πλείστη τοῦ πιθανοῦ μοῖρα. τούτων δὲ τῶν ἀρετῶν ἑκάστην οὐχ ἡ βραχυλογία κράτιστα δύναται ποιεῖν, ἀλλὰ καὶ ὁ πλεονασμὸς ἐνίων ὀνομάτων, ᾧ καὶ ὁ Δημοσθένης κέχρηται. ἔφερον δ' ἂν σοι παραδείγματα τῶν εἰρημένων, εἰ μὴ κοπώδης ἔμελλον φανήσεσθαι, πρὸς σὲ [u] δῆτα λέγων. ταῦτα, ὦ κράτιστε Ἀμ-

ſermonis. Qui vero ei vitio hoc vertunt, cum rationes non inquirant, ob quas eiuſdem ſignificationis verba conglobet, immerito eum accuſant: verum accuſatores illi vbique breuitatem in illo requirere videntur, (quam tamen, vt dixi, nemo eo congruentius et conuenientius adhibuit) ad nullam vero aliam virtutem intuitum habent, cum tamen perſpicuitati, efficaciae, amplificationi, in verborum collocatione numeroſitati ſtudere debeat orator, et efficere, vt dictio tum concitatos, tum lenes affectus habeat, et quodammodo vi contendat, in quibus maxima perſuadendi vis conſiſtit. Harum porro virtutum nullam omnino efficere poteſt breuitas, ſed quorundam verborum redundantia, quam ipſe Demoſthenes vſurpauit. Caeterum niſi vererer, ne quam moleſtiam tibi parerem, exempla horum, quae dixi, proferrem. Haec tibi porro, cariſſime Ammaee,

s Poſſimus etiam legere ὥσπερ εἶπον, *ſicut dixi. Sylb.*

t Ἐνεργείας defendi fortaſſe poteſt eo, quod ſupra habuimus p. 890. v. 2. δυνατῶς εἰρημένον. et p. 883. v. 9. δυνατῶς ἅπαντα εἴρηκεν. ſi quis tamen ἐναργείας malit, fruatur ſuo iudicio. *Sylb.*

u In ora *Cod. Bodl.* ἴσ. τάδε.

x In

μαῖε, [x] γράφειν εἴχομέν σοι περὶ τῆς Δημοσθένους λέξεως. ἐὰν δὲ σώζῃ τὸ δαιμόνιον ἡμᾶς, καὶ περὶ τῆς πραγματικῆς αὐτοῦ δεινότητος, ἔτι μείζονος, ἢ τοῦδε, καὶ θαυμαστοτέρου θεωρήματος, ἐν τοῖς ἑξῆς γραφησομένοις ἀποδώσομέν σοι τὸν λόγον.

Ammaee, habui, quae de Demoſthenica grauitate, quae in dictione ſita eſt, ſcriberem. Si autem vitam nobis Deus concedat, etiam de grauitate, quae in rerum tractatione conſiſtit, tractatu hoc et maiorem et inſigniorem poſtea tibi dabimus.

x In exemplari eſt γράφην, errore ambiguo. γράφειν autem ſic vſurpatum etiam in praecedentis tractatus epilogo, p. 952. v. 9. Idem exemplar v. 3. poſt δεινότητος nullam habet diſtinctionem. Sequens tractatus de *Demoſthene*, an idem ſit cum eo, qui ſupra in *Dinarcho* promittitur p. 666. v. 7. tum demum ſciri poterit, ſi ii, qui *Dionyſii* opuſcula apud ſe detinent, *Dudithii* liberalitatem imitati, tandem in lucem ea per nos, aut alios, emiſerint. *Sylb.*

IO. IAC. REISKE

AD

VOLVMEN SEXTVM

DIONYSII HALICARNASSENSIS

ANNOTATA.

Ad Dionyſii Halicarnaſſenſis epiſtolam ad Ammaeum,

ſuper quaeſtione, num Demoſthenes e praeceptis Rhetoricae Ariſtoteleae ſuam eloquentiam collegerit.

720. 6. τῶν ἠθῶν] Aut τῶν ἐθῶν, aut τοῦ ἤθους.

721. 1. E lectione ex editione prima, quae eſt Stephani, relata colligo, fuiſſe olim in libris Dionyſii verſatam lectionem hanc, ne ipſam quidem malam, neque aſpernandam: ἵνα ἣ τὴν δόξαν, ἣν πρότερον αὐτὸς ἔσχον βεβαίως, ἐῶ, *vt quam olim ipſe firmiter tenui ſententiam, eam miſſam facerem*, μαθὼν, ὅτι προτεροῦσι τῶν Δημοσθένους λόγων αἱ Ἀριστοτέλους τέχναι· ἢ τὸν οὕτως ἐγνωκότα καὶ γράψαι παρεσκ. Dicit autem οὕτως, *ſic*, ſubaudi, ὡς σὺ φὴς τὸν περιπατητικὸν γινώσκειν. *vt tu nempe, mi Ammaee, ais illum tuum Peripateticum ſtatuere.*

3. βεβαιώσω] Haec eſt Sylburgii emendatio. Stephanus dederat βεβαιωθῶ. pro quo in margine codicis Regii [Oxonienſis puta] eſſe ἐπανορθῶ teſtatur Hudſonus. Coniectura ea eſt viri docti neſcio cuius. Dionyſius dederat βεβαίως, ταύτην ἐῶ, vel διωθῶ. *eam ſententiam dimittam*, aut *repudiem et a me amoliar.*

vlt. τε] malim δὲ.

722. 5. οὕτως ἔχειν] ſcil. ὡς ἐγὼ φημί.

vlt. Dedi, Sylburgio auctore, Φίλισκον.

723. 4. ἂν] Incluſerat Sylburg hanc particulam vncis, quos ego rurſus ſuſtuli.

725. 6. Dedi *Eudemum* et hic, et verſu 10. pro *Theodemo*, quod nomen in vulgatis legitur.

antep. Γαδικῶν] Incluſi hoc vocabulum vncis, in quo videor mihi vocabuli γαλειῶν veſtigia cernere. *Galearum*, h. e. nauium bellicarum, vnde *Galere* natum. Etiam alibi, vt apud Ammonium de differentiis vocum, obſeruatur hoc medii aeui vocabulum. v. Du Cange Gloſſar. Graecit. Quod veteres τριήρης vſurpabant, id idem aeuo medio γαλεία appellabatur. irrepſit ergo h. l. ſcholium in textum.

726. 1. Θεσσάλȣ dedi, pro vulgari Θεέλλȣ.

727. 1. αὐτȣ͂] redit, non ad Demoſthenem, ſed ad Midiam.

Ibid. κατεχειροτόνησε] κεχειροτόνηκε codex regius, teſte Hudſono. Fortaſſe leg. κατεχειροτόνησεν ἔτει τρίτῳ. Τȣ́των τῶν δώδεκα λόγων, ὧν εἴρηκα, τῶν δημοσίων.

3. ἅπαντες] malim οἱ πάντες. id quidem conſtructio cum genitiuo τῶν δώδεκα λόγων poſtulat.

729. 4. Errarunt ambo, tam Wolf, quam Sylburg. non hic deſideratur ἐςὶ, ſed legitur verſu 9. Eſt quidem, fateor, impeditior oratio. nihil tamen hic loci deeſt. Finge tibi mente Dionyſium ita reliquiſſe: Ἐν δὲ τȣ́τοις, ἃ αὐτὸς περὶ αὐτȣ͂ γράφει — ἐςὶ πάντων τεκμηρίων ἰσχυρότερα ταῦτα, ἃ τέθεικεν ἐν τῇ πρώτῃ βίβλῳ ταύτης τῆς πραγματείας (Rhetoricorum puta). nihil ſupererit intricatum, ſed plana et expedita omnia.

5. πραγματείας, ὡς] ſubaudi ἐμφαίνων, quod tacita cogitatione ſolummodo interponendum eſt.

8. τεκμηρίων ἐςὶν ἰσχυρότερα] aut praeponendum his eſt πάντων, *validiora ſunt*, *quam omnia argumenta*, aut leg. τεκμήριόν ἐςιν ἰσχυρότατον.

pen. δι' αὐτῶν] ſcil. διὰ τῶν ἡμετέρων κρίσεων. *peruerſe de rebus ſi iudicatur*, *neceſſe eſt*, *vt per illa praua iudicia cauſa cadumus.*

730. 3. τȣ͂το δ' ἀδύνατον] ſcil. τὸ διδάσκειν κατ' ἐπιςήμην. id eſt τὸν ἤδη ἐπιςάμενον.

732. 9. προειλόμην] ὁ προελόμενος MS. reg. teſte Hudſono. vnde effeci, ἐξ ὧν, ἃ προειλόμην ποιῆσαι φανερὸν, ὅτι πρ. et ſic planus eſt ille locus. *vnde ſatis declaratum arbitror id eſſe, quod declarandum mihi propoſueram*, ſcil. cauſas Demoſthenis forenſes antiquiores eſſe praeceptis Ariſtotelis rhetoricis.

734. 7. ȣ̔́τως. Εἰ μὲν δὴ] Videtur ſic diſtinguendum et leg. eſſe, vt locus ex Ariſtotele recitatus deſinat in voc. διδόναι. tum Criticus noſter rurſus orationem ſuam inſtauret ſic: οὑτωσὶ μὲν δὴ —

735. 2. ὀλίγα τὰ μεταξὺ] Videtur ὀλίγ' ἄττα μεταξὺ. illud

ἄττα

ἄττα, vel ἅττα reſpondet Latino *neſcio quae.*

736. 3. περὶ δὲ λόγȣς δηλώσει ȣ̂ς εἰς δικαςήρια] Correxi de meo περὶ δὲ ε [id eſt πέντε] λόγȣς δημοσίȣς εἰς δ. et *circiter quinque orationes forenſes in cauſis ad maieſtatem plebis pertinentibus*; ſeu *publicis.* Sunt autem illae quinque orationes hae: in Androtionem, in Leptinem, in Midiam, in Ariſtocratem, in Timocratem. Res liquida eſt e p. 724. 8. et ſequentibus. Liquet item iam proximum γεγραφὼς bene habere.

737. 7. Sylburgio auctore dedi δὲ loco copulatiuae καὶ.

740. 4. Praeter διήσȣσιν, quod Sylb. pro vulg. δώσȣσιν ex Ariſtotelis exemplaribus affert, eſt et alia lectio non contemnenda, διοίσȣσιν, eodem tendens. Sed supereſt maxima difficultas in illis διότι προεῖτο καὶ διέσπευσεν. Ego equidem nihil nunc melius extundo, quam hoc: διότι προέχȣσιν ἃ καὶ διέσπευσαν, ȣ̓ διήσȣσιν (vel ȣ̓ διοίσȣσιν). *Si, priuſquam ipſis adverſus Phocenſes opitularetur, eos tranſitum per agrum ipſorum rogaſſet, fuiſſent promiſſuri. Abſurdum itaque foret, ſi nunc ſe nollent per agrum ſuum ſinere peruadere, poſtquam a ſe impetraſſent id, quod antea tam vehementer contendiſſent,* nempe Phocenſium excidium. Fortaſſe προεῖτο defendi queat, ſi accipiatur pro, *quod paſſus eſſet oportunitatem ſibi e manibus elabi.* προίεσθαι, ſcil. τὸν καιρὸν. ſed tum διεπίςευσεν foret legendum. *prorſus ipſis credidiſſet.*

741. 8. διεξελθὼν] Philochorus puta, ad quem refertur quoque paulo poſt γράψας, quod inſtaurandae ſeruit orationi.

11. ἐχειροτόνησεν] Malim in plurali ἐχειροτόνησαν, ſcil. Athenienſes.

742. 3. αὐτῶν] Dubito, ſervemne, an αὐτὰ praeferam.

12. ἐψηφίσατο] imo vero in plurali ἐψηφίσαντο, Thebani puta.

13. οἵ τε Ἀθηναίων] Eſt in hoc loco magna difficultas: φανερȣ̃ γεγονότος — φανερὸν ποιήσει. Si e Philochoro iam de tempore conſtat, quid opus erat id e Demoſthene doceri. Et ne docet quidem Demoſthenes. Nam de Archonte Lyſimachide ille ne verbum quidem. Ego deſidero, quid Demoſthenes in oratione pro corona docuerit. Nam iſtud de tempore, non hic, ſed Philochorus iam docuerat. Aliud requiro declarandum adhuc, diuerſum ab iſto altero iam declarato. Nam φανερȣ̃ γεγονότος τȣ̃ χρόνȣ, ὅτι πίπτει Attice dictum eſt, pro φανερȣ̃ γεγονότος, ὅτι ὁ χρόνος πίπτει κατὰ Λυσιμ. et ὅτι πίπτει ad ſuperiora referendum eſt e Philochoro excerpta, non ad inſequentia e Demoſthene repetenda.

744. 4. Bene poteſt habere atque defendi vulgata. *Se*, Macedonas puta.

745. 6. τὸν συμβάντα] imo vero

vero τὸν τότε συμβάντα. non de priore Athenienſium bello cum Philippo hic agitur, ſed de poſteriore, de quo erat definiendum.

746. 1. γοῦν] malim οὖν.

7. Correxi locum hunc ad mentem Bentleii, qui in vulgatis omnibus ita legitur: ἄρχοντος μὲν ἐνιαυτὸν μετὰ τὴν ἐν Χαιρωνείᾳ μάχην, ὀκτὼ δὲ μετὰ τὴν Φιλίππου τελευτήν.

747. 4. περὶ τῶν τελωνῶν] Vocabula haec abeſſe a MS. teſtatur Hudſon. Mihi videtur aut ſeruanda eſſe lectio, quae verſatur in libris Ariſtotelis, τελῶν, quia verba inſequentia, αἰσχρὸν τὸ πωλεῖν, perſpicue ad τὰ τέλη redeunt. *ſi vobis dedecori non eſt vectigalia vendere, ne nobis quidem erit ea emere.* aut alias περὶ τῶν τελωνιῶν leg. a τελωνία. aut denique, ſi lectionem vulgatam h. l. tuebimur, erit περὶ pro ὑπὲρ accipiendum, non *de* publicanis, ſed *pro* iis, eorum defenſionis ergo.

7. Videtur ſic leg. ὑπάρχει, ſcil. πεπονθέναι, ἀπὸ τῶν πεπραγμένων, ὑπάρξει καὶ τῷ ποιήσαντι. *Si laus rerum cum iuſtitia, honeſtate et virtute geſtarum ei adhaereſcit, ad quem illae res profectae,* vel *in quem collatae ſint, adhaereſcet illa laus ei quoque, a quo profectae fuerint.*

8. ἔστι δὲ τοῦτο] correxi ex Ariſtotele ἔστι δ' ἐν τούτῳ.

vlt. ὁποτέρως] malim ὁποτέρῳ in datiuo. quod idem eſt dictu, atque ſi dixiſſet χρῆσθαι τούτῳ, ὁπότερον ἄν.

748. 4. καὶ τῶν ἀποκτεινάντων Νικάνορα] Verba haec, vt ab hoc loco aliena, et perperam e ſuperioribus iterata, delenda ſunt. hic enim non agitur, niſi de cauſa Demoſthenis, a qua cauſa Nicanoris prorſus eſt aliena.

6. ἢ ἥ] aut delendum eſt ἥ, aut ſuperius τίς accipiendum eſt pro τίς ἄλλη, *quaenam alia,* cui reſpondeat hoc ἢ ἥ — *quam.* aut deeſt hic aliquid, aut εἰ μὴ ἥ — aut οὐδεμία ἄλλη, ἢ ἥ — aut τίς ἄλλη, ἢ ἥ — reſponſio ad ſuperiorem interrogationem, forma nouae interrogationis conueſtita. *ecquaenam erit alia, niſi —*

749. 3. τῆς τῶν δώρων] ſubaudi τῶν Ἁρπαλείων.

AD EPISTOLAM DIONYSII HALICARNASS.

AD CN. POMPEIVM DE PLATONE.

750. ad titulum. Ἐπιστολή] Debuerat titulus ſic concipi: Dionyſii reſponſio ad epiſtolam, in qua Pompeius queſtus fuerat de acerbitate Dionyſii, naeuos dictionis Platonicae notantis. Pompeius ille (ne quis erret) non eſt ille celeberri-

berrimus imperator Romanus rerum geſtarum magnitudine et fortunae varietate clarus, ſed eſt aliquis graeculus grammaticus, illius Magni libertus, aut cliens.

751. 3. νῦν] malim ὅτι.

6. εὑρεῖν] dedi de meo ἐρεῖν.

8. δεῖν delendum videtur. Sequitur enim verſu 11. loco conuenientiore.

10. εἴ τι] malim εἴ τινα in plurali.

11. Recte quidem ἀτυχήματα προφέρειν dicitur, ex vſu Graecorum, ἀρετὰς προφέρειν autem non vſurpatur. verum Latiniſmus hic eſt Dionyſio noſtro familiaris, vt προφέρειν vſurpet pro εἰς φῶς ἄγειν, quomodo Latini *proferre* vſurpant.

752. 4. Ζωίλῳ] Zoilum in Platonem quoque inuectum eſſe, vt fuit in Homerum, patet e p. 757. 12.

6. Videtur leg. λόγους τινὰς ἐγκαταπλέκω τοῖς ἐπαίνοις ψόγου μεμνημένους. *innectam praedicationi meae locos, in quibus mentio fiat reprehenſionum ab aliis in eum intortarum.* aut ἀπολογίας ἐχομένους, vel ἁπτομένους, νομίμους. *locos defenſioni finitimos legitimae.* aut pro λόγους leg. eſt ψόγους τινὰς ἐγκαταπλέκω τοῖς ἐπαίνοις ἀνασκευάζειν βουλόμενος. *ſi praedicationi reprehenſiones immiſceam, cum propoſito eas refutandi.* aut ſic leg. ψόγους τινὰς ἐγκ. τ. ἐπαίνοις ἀλλοτρίους. *reprehenſiones ab aliis in Platonem coniectas.*

753. 1. Recte habet vulgata lectio φησίν. *ait.* ſcil. aduerſarius. Sic Latini quoque *ait* vſurpant, obiectiones afferentes, quas protinus refutatum eunt.

754. 3. Hudſon ſibi magis placere ἐνέργεια, quam ἐνάργεια, teſtatur. Ego vulgatam ſeruo. Nam, vt in prouerbio eſt, duo contraria iuxta ſe poſita magis eluceſcunt.

755. 1. Sine dubio deſunt h. l. nonnulla. forte ſic ſuppleas lacunam, vt ſententia ſaltim cohaerens, neque inconſentanea exeat: ἀλλὰ καὶ τὸν κράτιστον τῶν τότε ῥητόρων, Λυσίαν, ὁρῶν ἐρωτικὸν λόγον συνταξάμενον, ἕτερον καὶ αὐτὸς ἐν τῷ Φαίδρῳ συνετάξατο λόγον ἐρωτικὸν, οὐδὲν πρὸς τὴν ὑπόθεσιν. *videns, Lyſiam, qui tum temporis oratorum princeps eſſet, libellum amatorium compoſuiſſe, ipſe quoque alium libellum amatorium componebat, tametſi ad rem in Phaedro propoſitam nil facientem.*

4. καταλιπὼν ἐν τοῖς ἀναγν.] aut delenda eſt praepoſitio ἐν, aut leg. ἐντελῆ eius loco.

756. 7. Mihi videtur poſterius ἦν ſeruandum, vt loco oportuno, cum grauitate et efficacia iteratum, vt ſic procedat: ἦν γὰρ, *erat enim,* ἦν, *erat vtique, erat ſine controuerſia,* ἐν τῇ Πλ.

11. ὡς δὴ τούτων αὐτῷ δέον ἐκβαλλομένῳ] Mihi videtur leg. ὡς δὴ τούτου δέον αὐτῷ ἐκβαλλομένου. *quaſi opus habuiſſet Plato eo viro e rep. ſua eiecto.* aut

quaſi

quaſi Platoni neceſſe fuiſſet, vt ille vir ex ipſius ciuitate exſularet.

756. 13. φιλοσοφία] malim cum articulo ἡ φιλοσ.

757. 1. malim οὔτε μόνος, οὔτε πρῶτος ἐγὼ φανήσομαι.

vlt. ἀπολελέγισμαι] malim ἀπολελόγημαι, non ab ἀπολογίζειν, ſed ab ἀπολογεῖσθαι. forte quoque leg. καὶ ἄλλοις, καὶ σοί γε πρώτῳ, ὦ ἡμῖν φίλτατε.

759. 4. ἐπιτρέχει] malim ἐπιτρέχων in participio.

760. 10. Γοργείοις] malim Γοργιείοις. non enim *Gorgus* eſt, ſed *Gorgias*, a quo appellatiuum hoc deductum eſt.

761. 6. βουλόμενον in accuſatiuo dedi de meo, pro vulgari βουλόμενος, qui accuſatiuus aptus eſt e ſuperioribus [p. 760. pen.] μηδείς με ταῦτα λέγειν ἡγείσθω ἁπάσης καταγινώσκοντα —

763. 1. Vncos ſuſtuli, quibus verba μέχρι τῆς ἀναγνώσεως vſque ad ἕως τινὸς in vulgatis ſunt incluſa.

12. malim ἄνευ εὐγόγου δόξης.

764. 11. τ'] malim δέ.

766. 9. Mihi non placet illud eadem in ſententia iteratum ἐβουλήθην. quare ſuſpicor poſt περὶ αὐτῶν deeſſe pauca quaedam ad hunc ferme modum: Ἐγὼ δὲ πάλαι, ὃ ἐβουλήθης, πεποίημαι, συντιθεὶς τοὺς πρὸς Δημήτριον ὑπομνηματισμοὺς περὶ μιμήσεως.

11. τῆς ζητήσεως μίμησιν] Correxi ad mentem Sylburgii τῆς μιμήσεως ζήτησιν.

767. 1. Vel poteſt etiam legi περὶ δὲ τούτου ἀτελὴς μὲν ἔτι μοί ἐστιν ἡ πραγματεία.

4. ἄνδρας εἰς] interponendum videtur ὡς.

6. πρῶτον, ὅτι] Inuerte. ὅ τι πρῶτον καὶ — *quod primum et paene inter omnia factu maxime neceſſarium eſt — id fecit Herodotus.* Latiniſmus hic eſt, Dionyſio familiaris.

13. Bene habet dictio καὶ ἅπερ — ſignificans, et reliqua, quae ipſe Herodotus ibi loci praedicat, et quae ego, operae taedio, exſcribere et recitare parco.

768. 2. σιωπῇ] Miror, haec viro docto excidiſſe potuiſſe. Ergo debebas tu quoque, Dionyſi, in conſcribenda hiſtoria Romana operam non perdere. Ergo quotquot ſunt hiſtoriae, nulla omnium digna eſt commentatione.

11. Aut ante, aut poſt Ἑλληνικῶν deeſſe videtur κακῶν.

769. 4. ταῦτα ἑκὼν ἑλόμενος] Aut ταύτῃ ταῦτα ἑκὼν προελόμενος leg. eſſe videtur, aut ἢ καὶ φανερός ἐστι ταῦτα ἑκὼν προελ. *qua ratione*, vel *vnde quoque conſtat data opera hoc argumentum delegiſſe.*

11. μέχρι τοῦ] Simplicius fuerit μέχρις οὗ legi.

13. φρονιμώτερος. ἄρχεται] ὃς interpoſui de meo, quod facile potuit a fine vocabuli praecedentis abſorberi.

pen. Num ſic dedit Dionyſius: καὶ προελθὼν εἰς τὴν βαρβάρων ὕβριν, εἰς τὴν αὐτῶν κόλασιν —

vlt. f. leg. ἀρχὴν μὲν ἐποιήσατο

σατο ϛάσιν, ἀφ᾽ ἧς ἤρξατο κακῶς πράττειν — *ordiebatur hiſtoriam ſuam a tumultu, a quo res Graecorum coeperunt in peius ire.* niſi ſi volumus exiſtimare, vocabulum ἀρχὴν tacite eſſe repetendum, vel ſubaudiendum, vt ſententia ſit: *principium faciebat illud*, ταύτην τὴν ἀρχήν. quicquid eſt, ſemper pro καλῶς leg. eſt κακῶς. id quod etiam Latinus interpres expreſſit.

770. 1. τὸ Ἑλληνικὸν] Hic deeſſe videtur alterum membrum priori reſpondens, et quodammodo oppoſitum. vide, num ſic reliquerit Dionyſius: ἀρχὴν μὲν ἐποιήσατο — τὸ Ἑλληνικὸν, ἔληξε δὲ, vel τελευτὴν δὲ, ἐν οἷς δυϛυχέϛατα καὶ ἀκλεέϛατα ἀπήλλαξαν οἱ Ἀθηναῖοι. vel ſimile quid.

2. τῶν ἔτι εἰρημένων] dedi de meo τῶν ἀπεῤῥιμμένων, *abiectorum, contemtorum.*

4. ὅτε γε] num ὅτω γε.

5. φανερὰς videtur delendum eſſe, vt ex huius verſus initio perperam iteratum. aut πλείϛας leg. τὰς αἰτίας verſu 7. videtur del.

7. ἄρξασθαί γε] pro particula γε malim μέν. infinitiui hi, ἄρξασθαι et ἐπενεγκεῖν verſu 13. et λέγειν verſu pen. apti ſunt ex οὐκ ἔδει verſu 2.

10. ὧν ὕϛερον καὶ ἐν ἐπιτηδείῳ] num ὧν καὶ ὕϛερον ἐν ἀνεπιτηδείῳ.

12. ὡς ἄνδρα φιλόπολιν] hic videtur ἔδει deeſſe.

14. προελθόντες] num προαχθέντες.

771. 1. Malim τὸ δὲ τέλος ἔτι πλείονος ἁμαρτίας ἐϛὶ πλῆρες.

9. τὴν poteſt ſeruari et omitti. malim tamen equidem abeſſe.

Ibid. ἀφ᾽ ὧν] malim ἀφ᾽ ἧς. (καθόδου puta.)

11. τρίτον ἐϛὶν] Facile ſubaudiatur ἔργον: at minus facile σκοπεῖν, quod vtique poſt ἀνδρὸς ἱϛορικοῦ addendum videtur.

772. 3. Poſt γενόμενος deeſſe videtur, menti ſaltim tacitae ſubiiciendum eſt, καὶ ἐπέτυχε, vel ἐφίκετο τοῦ σκοποῦ.

6. καί τινας] videtur ἀεὶ, vel καινὰς ἀεὶ, interponendum.

8. Aut delendum eſt μὲν, aut poſt τῶν ἀκροωμένων [verſu 9.] deeſſe videtur aliquid. e. c. κόρον δ᾽ εὐθέως ἐπέρχεσθαι. nam proximum δὲ verſu 9. huic μὲν non reſpondet.

12. καὶ ποικίλον] Aut καὶ ποικιλία, (in ſubſtantiuo, ſine articulo, leg. vt modo μεταβολὴ) aut καὶ τὸ ποικίλον in adiectiuo, cum articulo. Neſcio quoque, an Dionyſius dederit ἐν ἱϛορίαις καὶ γραφαῖς μεταβολὴ, *in hiſtoriis et picturis.*

ibid. καὶ τοῦτο — ἐποίησεν] id eſt μετέβαλε καὶ ἐποίκιλλε. ſed nomen Thucydidis aegre patior abeſſe. Forte quoque plenior atque dilucidior ſic ſit oratio: καὶ τοῦτο Ἡρόδοτος μὲν ἁπανταχοῦ, Θουκυδίδης δ᾽ ἐνδύο, ἢ τρισὶ τόποις ἐποίησε.

774. 2. f. καὶ περιγράψας τῇ Ξέρξου φυγῇ τὴν ἱϛορίαν. *cum definiſſet, et ſepi quaſi circumſcripſiſſet, hiſtoriam ſuam fuga Xerxis,*

xis, h. e. *in ea ſcribendi finem feciſſet.*

774. 10. f. ἡ μὲν οὖν Ἡροδότου. vlt. malim κατηναγκασμένος, *coactus*, in nominatiuo participii, non aduerbialiter, *coacte.*

776. 1. μηδὲν ἔξω παρὰ τοῦτο] Adde, quo carere nequit oratio, κρείττων Ἡροδότου κατὰ τὸ σύντομον Θουκυδίδης. *nihil ideo minus eſto Thucydides, quoad breuitatem in dicendo, potior Herodoto.*

14. τῆς δὲ φράσεως τῶν ὀνομάτων] Videntur idem eſſe ἡ φράσις et τὰ ὀνόματα. Num ergo leg. τῆς δὲ φράσεως (ſine τῶν ὀνομάτων), an τῆς δ' ἐκφράσεως τῶν ὀνομάτων, an denique, ſi ἡ φράσις et τὰ ὀνόματα differunt, leg. τῆς δὲ φράσεως καὶ τῶν ὀνομάτων: vt phraſis ſit *elocutio*, ſeu effectum, ὀνόματα *vocabula*, ſeu materia elocutionis.

777. 2. ζηλῶσαι Δημοσθένης] Videtur in hac regione aliquid deeſſe. nam Demoſthenis imitationi enthymematum Thucydideorum quid eſt commune cum Thucydidis ſtudio decori?

779. 4. Mihi videtur locus hic ita reſtaurandus eſſe: καὶ τὸ λεγόμενον πλάσμα ἱστορικὸν ἰδίως Ἡρόδοτος ἔχει. ἰδίως, id eſt μόνως καὶ ἐξαιρέτως.

780. 1. πολὺ ἀφελῆ] Dedi πολυωφελῆ, vt Sylburgius, vel res potius ipſa, monſtrabat.

7. Bene habet χεῖρον. Si quid tamen mutandum ſit, malim ἔτι χεῖρον legi.

11. σημειῶδες quid ſit, fateor, me neſcire. num *pompaticum, ornatum, comtum*, quod refert τὰ σημεῖα τῶν ἐσθήτων, *icunculas veſtibus intextas.*

781. 10. Γελῶοι δὲ] pro δὲ malim γάρ.

13. μικρὸς] num μείουρος.

782. 2. καὶ τοὺς δημηγοροῦντας] fort. καὶ δειλοὺς τοὺς δημηγοροῦντας καταλείπει, καὶ τὰς δυνάμεις καὶ τὰς προαιρέσεις ὁμοίους ἅπαντας ποιεῖ. *omnes oratores relinquit* (h. e. *repraeſentat in hiſtoria ſua*) *pauidos et imbelles, et omnes ſimiles exhibet quoad facultates et voluntates.*

783. 10. Inter φιλοσόφοις et διὰ videntur nonnulla deeſſe. e. c. πρὸς οὓς πυκνὰς (vel συχνὰς) τὰς συνουσίας (vel διατριβὰς).

11. ἔργον δὲ τὸ πάντων] videtur δὲ delendum eſſe.

vlt. τρόπων] Ego τόπων vtique praeferendum arbitror.

784. 6. ἀκούουσι] malim ἀσκοῦσι.

7. ἔθνη] imo vero ἔθη, *mores.*

8. ἀκοῦσαι, πολιτειῶν] interpone καὶ.

13. παρ' ὅλην —] Mihi videtur locus ita quodammodo integrandus: παρ' ὅλην τὴν ἱστορίαν, ἐπαινῶν τὴν δικαιοσύνην.

785. 1. δύναται] Num διήνυσται. *elaboratum eſt.*

5. Poſt αὐτὰς deeſſe videtur τὰς διανοίας.

11. f. προσλαμβάνων (cum ſigmate).

12. καὶ τὰ τῶν] num κατὰ τῶν.

pen. ὡς βάθους] Ego cum Hoeſchelio h. l. facio, εἰς βάθος legente.

786. 1. ϛοχαζόμενοι] malim φειδόμενοι.

787. 5. παραβολὰς videtur appellare τὰ παρεμβεβλημένα, quae alii ἐπεισόδια appellant, *adſcititias, aliunde petitas, praeter rem ingeſtas, a re alienas narrationes.*

9. Ego, deleto primo τούτοις, et ſublato puncto, quod eſt pone ὅμοια, malim poſterius τούτοις cum ὅμοια copulari: vt ſit: καὶ ἄλλα οὐκ ὀλίγα ὅμοια τούτοις. Dum deſunt nonnulla, quae coniectura conſequi difficile ſit. Fortaſſe non multa deſunt. e. c. ὅμως δὲ οὗτοι. *nihilominus tamen hi auctores adſciti*, vel *aſſumti*, h. e. delecti, quibus aſſueſcas, et quos diligenter tractes.

AD DIONYSII HALICARNASS. EPISTOLAM AD AMMAEVM DE THVCYDIDIS PROPRIIS.

789. 3. περὶ αὐτοῦ τοῦ Θουκ.] Bene habet vulgata et ſervanda eſt: non enim dicere vult Dionyſius *de eodem Thucydide*, ſed *ipſo de Thucydide*. h. e. ſolo de Th. et de nullo praeterea alio. Conſtat ex hoc loco, libellum hunc, in quo perluſtrando nunc verſamur, ad Ammaeum miſſo, poſterius eſſe conſcriptum, atque libellum de Thucydide, ad Q. Aelium Tuberonem miſſum, qui in editionibus Dionyſii huic poſtpoſitus et ſubiectus eſt, cum debuiſſet anteponi.

8. τότε] tum demum, neque citius.

11. παραθέσεων] Videtur aut ſimplex θέσεων, aut ὑποθέσεων, aut denique προθέσεων, praeſtare.

790. 5. ἠξίουν] Correxi ἠξίους.

791. 4. Ex altero loco, qui eſt p. 866. ſqq. vbi huius loci multa verbotenus eadem leguntur, et e quo ille noſter repetitus fuit, melius correxiſſet Sylburgius ad hunc modum: ἵνα τὸ μὲν ὀνοματικὸν προσηγορικὸν γένηται, τὸ δὲ προσηγορικὸν ὀνοματικῶς λέγηται.

vlt. νοημάτων] p. 868. 9. eſt ὀνομάτων.

792. 5. φαντασίαν ἀποστέγειν. ἢ τὰ πράγματα] Corrige ex altero exemplo p. 868. 14. φαντασίαν. ὁπόσα τε γίγνεται πράγματα.

6. ἐφ᾽ ὧν] Videtur ita conſtruendum eſſe: καὶ τὰ σκολιὰ — τῶν ἐνθυμημάτων, ἐφ᾽ ὧν — et *curuitates*, vel *anfractus et labyrinthos enthymematum, in quibus* — Pendent autem hi accuſatiui ab εὕροι, verſu 2.

pen. ἐκδηλότατα et χαρακτηριστικώτατα] Nullus dubito, in ſingulari leg. eſſe ἐκδηλότατον et χαρακτηριστικώτατον, ſcil. ἰδίωμα Θουκυδίδους.

ibid. πεπειρᾶσθαι] Dedi ex altero exemplo τό τε πειρᾶσθαι.

793. 1. πράγματα, εἰς ἃ καὶ ἔτι]

ἔτι] Correxi et integraui h. l. ex altero exemplo ad hunc modum: καὶ πολλὰ συντιθέναι νοήματα εἰς ἕν, καὶ ἔτι.

793. 2. καταλείπει] Praetuli infinitiuum ex altero exemplo.

8. τὸ πυκνὸν] Videntur haec duo vocabula, vt e proximo perperam iterata, et hic, et infra p. 870. 1. inducenda eſſe.

796. 4. ὀλόφυρσιν] malim ἀπολόφ. ob praemiſſum ἀπολοφύρασθαι.

797. 2. κωλύει] Sed quid ſi Thucydides non hoc, ſed κωλύμη, dederit?

800. pen. λέγοιτο] imo vero λέγοιντο. Aut alias, id quod etiam malim, leg. ſit: ὁ δὲ τὰ ἀρ. τ. θ. συντάττων — τάς τε γενικὰς — παραλαμβάνων (in ſingulari) — λέγοιτο.

805. 10. Mihi videntur tria poſtrema vocabula dictionis huius Thucydideae ad hunc modum eſſe iteranda, vt, finita illa dictione, ſic ſtatim ſequatur: τὸ γὰρ οὐ χαλεπῶς ἀπανίσαντο προστεθὲν τῇ πρώτῃ περιόδῳ. *Nam ſi illa tria vocabula* οὐ χαλεπῶς ἀπανίσαντο *primo ſtatim membro periodi adiuncta fuiſſent.* quo admiſſo, verſu 15. non in datiuo, τῇ δὲ παρεμβολῇ, leg. ſit, ſed in nominatiuo, ἡ δὲ παρεμβολή.

AD LIBRVM DIONYSII HALICARNASS. DISPVTANTEM DE NOTA, VNDE THVCYDIDES NOSCITETVR, ET DE RELIQVIS EIVS HABITIBVS PROPRIIS, AD Q. AELIVM TVBERONEM.

811. 5. ἐφ' ὧν] poteſt ſic accipi, ac ſi dixiſſet ἐπὶ τούτων, ſcil. τῶν ἔργων, ὧν τὰς γυμνασίας ποιήσονται, *illis in operibus, quorum exercitationes ſuſcipient.* malim tamen aut ὑφ' ὧν ὁδηγούμενοι legi, aut ἀφ' ὧν ὁρμώμενοι, *vnde orſi*, vel *quibus praeſuppoſitis.*

8. τε] malim δὲ. *in diſputatione autem de hiſtoricis.* nam poëtas quoque a ſe recenſitos et luſtratos fuiſſe ait.

13. τῶν γραφομένων] ſubaudi τότε. Sed ſeruiens oportunitati eorum, quae tum temporis commentabar atque tractabam et habebam mihi propoſita in illa ſcriptione, in qua Thucydidis laudeſque naeuoſque obiter perſtrinxeram. h. e. tantum ſolummodo huius rei attingens, quantum rei propoſitae ſeruiret, excluſis illis, quae a propoſito aliena, et ab eo me eſſent auocatura.

14. οὐ γὰρ ἦν] Aut pro ἐνῆν accipi debet ἦν. *non enim datum erat, non licebat.* aut leg. eſt οὐ γὰρ προκείμενον ἦν. *non enim erat mihi propoſitum hoc, vt* —

pen. ποιεῖσθαι προελόμενον, εἰς] Correxi diſtinctionem ſic: ποιεῖσθαι,

σθαι, προελόμενον εἰς. *non enim poteram de vnoquoque copioſe diſputare, quippe qui mihi propoſuiſſem tractationem in ſpatium quam anguſtiſſimum contrahere.*

813. 2. τὴν προαίρεσίν ποτε τῶν λόγων] Non video, quid ſibi velit h. l. ποτε. Num ergo leg. καὶ κατὰ τὴν προαίρεσιν τὴν καθόλου ἁμαρτάνοντα καὶ κατὰ τὴν δύναμιν ἐστὶν ὅτε ἐξασθενοῦντα.

13. ὧν οὔτε] Rurſus hic eſt lacuna.

817. 1. τὸ θεωρητικὸν αὐτῶν] id eſt τὴν δύναμιν τοῦ θεωρεῖν αὐτούς, h. e. τὰς αὐτῶν ἀρετάς τε καὶ κακίας.

8. τῶν τε] malim τῶν γε.

9. τοῖς πάθεσι] Ego malui aliquando τοῖς πᾶσι. *ab omnibus facile comprehendendarum*, vel *percipiendarum*. verum bene habere vulgatam docent inſequentia τούτων τῶν κριτηρίων. Sunt enim artium κριτήρια ſenſus, et τὰ ἐκ τῶν αἰσθήσεων παραγιγνόμενα πάθη affectiones in mente per ſenſus excitatae.

819. 5. αὐτάς τε ταύτας] Correxi, vt Sylburg volebat, αὐτὰς δὲ ταύτας.

9. ἱεροῖς] malim ἱεραῖς. liquet enim, h. l. τὰς ἱερὰς γραφὰς, monumenta literarum ſacra, ταῖς βεβήλοις opponi, et cum iis copulari.

822. 10. ἐντρέψαι] imo vero ἐκτρέψαι. vt dedi de meo. de riuis ſimile ductum, qui alio, non quo tendunt, ſed quo tu vis, deriuantur.

824. 3. τοιούτων καὶ] Sic recte recitat Dionyſ. Halic. locum Thucydidis, cuius in vulgaribus exemplis ὄντων hic inſertum legitur perperam. idem enim eſt, ac ſi dixiſſet καὶ ὅσα μέλλει αὖθις ποτὲ τοιαῦτα καὶ παραπλήσια ἔσεσθαι. vbi futurum ἔσεσθαι recte vſurpatur, ibi praeſenti ὄντων locus eſſe nullus poteſt.

ibid. ὠφέλιμα] malim cum articulo τὰ ὠφέλιμα. Vocab. αὐτὰ verſ. 4. ſignificat μόνα. *Sola vtilia ſeligere, excerpere.*

4. ἕξει] imperſonaliter. ſubaudi τὸ παρὸν σύγγραμμα, vel ἡ παροῦσα ἐμὴ πραγματεία.

Ibid. τε] malim γάρ. ἀγώνισμα eſt h. l. opus literis conſignatum, cuius auctor hoc contendit, vt apud lectores opinionem eloquentiae adipiſcatur, eaque alios ſimilium operum auctores vincere iudicetur.

9. ἱερὰν] malim ἱέρειαν, *ſacerdotem.* quam coniecturam etiam in codicis Bodleiani margine annotatam eſſe, incertum, a quo, teſtatur Hudſon.

825. 7. Νικοστράτου] Νικηράτου correxi.

826. 4. περὶ τάξιν] Interpoſui τὴν, auctore Sylburgio.

827. 1. χειμερίοις] dedi de meo χειμερείαις, a nominatiuo χειμερεία, quod eſt nomen ſubſtantiuum a verbo χειμερεύειν ductum, vt δουλεία, a v. δουλεύειν. Significat ſpatium, vel ambitum temporis hybernum, id, quod hyeme quadam geritur, aut euenit. Infra p. 830. 7. vſurpat χειμῶσι.

828.

828. 2. κατὰ] malim ἢ κατὰ.

829. 11. καθαιρεῖ] correxi καθαίρει.

830. 8. ἄγειν] Hic deeſſe videtur aliquid. Num ſic leg. τὰς τετριμμένας καὶ εἰωθυίας ἄγειν.

833. 9. ἀναγκάσαι] ſubaudi τούτους. Athenienſes mihi videntur hos, Lacedaemonios puta, coëgiſſe.

835. 2. μεταξὺ, male a Sylburgio ante τοῦδε intruſum, rurſus expunxi. Liquet enim e proximis inſequentibus (v. 4.) male huc relatum eſſe. Et ab ipſius Thucydidis pleriſque et optimis codicibus abeſſe μεταξὺ teſtantur interpretes. Denique non ſuperuacaneum modo eſt, ſed etiam officit ſententiae.

11. τὸ δέ τι] Mihi leg. videtur τότε δ' ἔτι. *tunc autem adhuc quoque* —

837. 2. ὧνπερ] Ego praetuli quidem ὥσπερ e recentiſſimis Thucydidis editionibus. haud diſſimulabo tamen, me ſuſpicari, Thucydidem dediſſe τούτων δ', ἐν ᾧπερ. *harum autem rerum, vbi,* vel *quo loco meminit Hellanicus, ibi breuiterque et parum in ratione temporum diligenter meminit.*

842. 13. περὶ μὲν τῆς προτέρας] num deeſt hic μνησθεὶς, aut μεμνημένος. Nam ſubaudiri συμφορᾶς e praemiſſis liquet. quamquam ex inſequentibus probabilius fit πρεσβείας ſubaudiri.

843. 14. πρεσβείας] num πρεσβείαν. niſi ſi plures miſſae fuere legationes. de quo conſule Thucydidem, id quod nunc non vacat.

pen. ὑπελήλυθε] ἐπελήλυθε correxi ad Sylburgii mentem, et paulo poſt ὑποτρέχει.

845. 13. Σικυωνεῖς] Dedi Σικυωναίους.

846. 7. ἂν ἐφαίνοντο] Mihi videtur leg. ἀσφαλέστερον ἂν ἀπεφαίνοντο — ἔχειν. aut, omiſſo illo ἂν, quod a vulgaribus Thucydidis exemplis abeſt, ἕξειν.

847. 5. αὐταῖς] malim αὐτὰς. ſcil. τὰς ῥητορείας. ad quod vocabulum referri orationem, ἐμποδὼν γεγενῆσθαι, docent inſequentia, ὀχληρὰς εἶναι. [verſu 6.]

9. ἐν ταῖς Ἀθήναις] malim ἐν αὐταῖς Ἀθήναις.

pen. περὶ πολλὰς καὶ μεγάλας συνταχθεῖσα πράξεις] Non bene conuenit huic conſtructioni v. συνταχθεῖσα. melius conueniret σπουδάζουσα.

848. 10. τούς τ' αἰχμαλώτους ἀποκτεῖναι] Aut τοὺς μὲν αἰχμ. ἀποκτεῖναι leg. ſine τε, aut cum eo ſic: τοὺς μὲν αἰχμαλώτους τ' ἀποκτ.

849. 1. ἀνδραποδίσαι] imo vero ἀνδραποδίσασθαι. Non enim, quod equidem meminerim, in actiuo, ſed ſolummodo in paſſiuo et medio, hoc verbum vſurpatur.

3. συνταχθέντας] malim συναχθέντας. a συνάγειν. vt, non ad λόγους, quod iam ſuum habet participium, ῥηθέντας, ſed ad πολλοὺς, redeat. *congregatos in concionem.*

850. 7. εἶχεν] id eſt συνεῖχεν. *continuit.*

852. 1. τοὺς πολλοὺς τῆς Ἀττικῆς] Num τοὺς οὔτε πολλοὺς, οὔτε πάντας ἐκ τῆς Ἀττικῆς, ſcil. ὄντας. *neque multos numero, neque omnes ex Attica oriundos.* Intererant enim Theſſali quoque equites.

853. 7. ἀνὴρ] Fallitur Sylburgius, ὁ ἀνὴρ cum articulo praeferens.

855. pen. προσλαμβάνοντας] malim ς e prima ſyllaba tolli.

856. 4. Ante ὅτι videtur haec breuis ſententia deeſſe: τί γὰρ ἔδει εἰπεῖν, aut ſimilis quaedam. id quod patet e verſu 8. τί δ' ἦν ἀναγκαῖον.

858. 5. Ante οὔτε videtur e Thucydidis I. 21. ſupplendum eſſe καὶ οὐκ ἂν ἁμαρτάνοιμι.

8. τὰ πολλὰ] Conſentit haec Dionyſii lectio cum vulgatis Thucydidis libris. Nihilominus tamen vitioſam eſſe ſuſpicor, et ſic leg. καὶ τὰ πολλὰ τῷ ὑπὸ χρόνου αὐτῶν ἀπίστῳ, id eſt διὰ τὸ ἄπιστον, vel διὰ τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν, τὴν ὑπὸ τοῦ χρόνου αὐτῶν συμβᾶσαν.

9. εὑρῆσθαι] malim εἰρῆσθαι. ſcil. ἐμοὶ. id eſt ὑπ' ἐμοῦ. Aptum autem eſt participium ἡγησάμενος ab illo ſuperiori οὐκ ἂν ἁμαρτάνοιμι. *non videor mihi peccaturus, ſi exiſtimem, illa vetuſta ſic ſatis, pro ipſorum vetuſtate, a me enarrata eſſe, qui luculentiſſima eorum indicia perſecutus ſim.*

vlt. λόγῳ εἶπον] *reapſe dixerunt*, tum cum dicerent, ſervatis ipſorum verbis, nil mutatis.

859. 2. ἐμοί τε ὧν αὐτὸς ἤκουσα] id eſt καὶ ἐμοὶ ἐν τούτοις τοῖς λόγοις, οὓς αὐτὸς ἤκουσα.

9. Mihi videtur ſic leg. eſſe: ἀλλ' οἷς γε οὐκ αὐτὸς παρῆν, παρὰ τῶν ἄλλων. *ſed, vbi res narro, quibus ego ipſe non interfui, narro eas diligentia qua fieri poteſt maxima ab aliis percontatus.* Vulgatam ſi defendemus, ſic erit interpretanda: ἀλλὰ ἠξίωσα γράφειν ταῦτά τε, οἷς αὐτὸς παρῆν, καὶ οἷς οὐκ αὐτὸς παρῆν, ταῦτα ἐπεξελθὼν —

13. ἑκατέρων] Perinde eſt, genitiuum hunc ſerues, an e codicibus quibuſdam ἑκατέρῳ adſciſcas. εὔνοιά τινος idem eſt, atque εὔνοια πρός τινα. *prout quiſque bene alterutri parti vellet.*

860. 8. ἕτερα] aut ἑτέροις malim, aut ſaltim ἑτέρᾳ, in datiuo ſingulari, ſcil. χθονὶ, vel χώρᾳ.

9. ἠρημώθησαν] ſubaudi ὅσαι νῦν ἠρημώθησαν.

vlt. ἐκλείψεις] imo vero ἐκλείψεων. aptus enim hic genitivus eſt ex illo περὶ. τὰ λεγόμενα περὶ ἐκλείψεων ἡλίου.

861. 2. αὐχμοὶ] ſubiice tacite e proximo ξυνέβησαν.

862. 4. ἀποκρυψάμενος] Praetuli accuſatiuum in ſingulari.

863. 2. ὑφιστῶσι] Dedi de meo ὑφεστῶσιν, in coniunctiuo perfecti.

14. ποίαν τε λέξιν] aut delendum prorſus eſt τε, quod natum videri poſſit ex initio proximi vocabuli λέξιν, aut leg. potius ποίαν ποτὲ λέξιν. *quamnam tandem dictionem.*

865. 1. Poſt τὰς λέξεις videtur

tur aliquid deeſſe. e. c. ὐδ᾽ ἐν τῷ ποικίλλειν (vel πυκνὐν) τὰς νοήσεις.

865. 11. Aut ὐδὲ πάθος διεγεῖρον in ſingulari leg. aut ὐδὲ πάθη διεγείροντα in plurali.

866. 2. Forte ſic integrandus eſt hic locus, vt ſaltim cohaerens et conſentanea ſecum ſententia exeat: λαμπροτάτας κέκτηται, ἔξω τῶν ἐναγωνίων, ὧν ἔχει ὐδὲν, ἀλλ᾽ ἐν ταύταις ἐνέλιπεν.

13. ἀγαγεῖν] Ego e ſuperiori exemplo dedi εἰσαγαγεῖν.

868. 9. ὀνομάτων] Supra p. 791. vlt. eſt νοημάτων. Num vtroque loco leg. eſt ῥημάτων.

12. διαφοραῖς] correxi μεταφοραῖς e ſuperiori exemplo.

869. vlt. τάχος hic poſuit pro βραχύτης καὶ ὀλιγότης. Pro σχημάτων autem aut ῥημάτων malim, aut τῆς ἐξεργασίας, aut τῆς ἀπαγγελίας.

870. 5. περὶ τὑς ἄλλυς] Dedi παρὰ τ. ἄ.

11. τρόπῳ] Ego τόπῳ praetuli.

871. 10. αὐτῶν] malim τῶν ſimplex.

872. 3. ἕκαστος] dedi e Thucydidis 1. 2. ἕκαστοι. in quo codices omnes conſentiunt.

9. Locus Thucydidis hic recitatus, ſumtus eſt e 4, 34.

873. 2. ἀπέβαινον] imo vero ἐπέβαινον, *inuadebant, procedebant aduerſus eos, vtpote Lacedaemonios.* patet ex inſequentibus, ὡς ἐπὶ Λακεδαιμονίυς, vbi tacite ſubauditur ἐπιβαίνοντες. Et nullus dubitaui ſic corrigere.

6. ὠφελιμώτερον] num ἀφελέστερον.

11. ἀπελθεῖν] Suſpicatur Dukerus ad Thucydidem p. 260. de ἐπελθεῖν. recte vero, ſi certum eſt, Dionyſium in ſuo codice idem habuiſſe, atque nos hodie habemus in noſtris h. l. verum non eſt improbabile, eum legiſſe ἀπελθεῖν, ἢ προσπίπτειν, non ἐπεκθεῖν, ἢ προσπίπτοιεν.

874. 3. ὑπόληψιν videtur delendum. nam ἣν non ad ὑπόληψιν redit, ſed ad praemiſſum προσδοκίας. iterum ἐπέβαινον aio leg. eſſe, non ἀπέβαινον, vt in vulgatis legitur.

12. ὁ δὲ Δημοσθένης] Locus Thucydidis legitur libro 7. a fine capitis 69. ad initium capitis 72.

13. Εὐθύδημος] Hudſonus et ſecundum eum Duckerus operam dederunt, vt nunc quoque in Thucydide legatur nomen Euthydemi.

vlt. καὶ videtur delendum, aut cum κατὰ mutandum.

875. 6. παρεβοήθει] In Dukerana eſt παραβοηθῇ.

876. 10. ἐκβολαὶ] Dedi ἐμβολαὶ.

Ibid. τὰς ἀνακρύσεις καὶ διέκπλυς] Aut vtrobique omittendi ſunt articuli, aut vtrobique addendi, vt aut ſit ἀνακρύσεις (ſine τὰς) καὶ διέκπλυς, aut τὰς ἀνακρύσεις καὶ τὑς διέκπλυς.

877. 8. μέγαν ἀπὸ] Videtur ὡς inſerendum.

11. καὶ ἡ βοὴ] Aut etiam hic omittendus eſt articulus, vt abeſt a vulgatis Thucydidis libris,

bris, aut etiam ad παρακέλευσις [verſu 10.] addendus eſt, vt ſit πολλὴ γὰρ δὴ ἡ παρακέλευσις.

877. 12. ἐγίγνετο. τοῖς μὲν] Sic et vulgati Thucyd. libri. Et excuſat hanc conſtructionis perturbationem Dukerus more Thucydidis, ἀνακόλουθα affectantis; cuius moris exempla quaedam affert: mihi tamen probabile fit, hic deeſſe aliquid poſt ἐγίγνετο. E. c. οἱ ἠκούοντο. *qui portiſculi audiebantur, Athenienſibus quidem cum vociferatione imperantes.*

878. 5. γῆν] Non extruſerim γῆν, vbi ſit. nolim tamen rurſus intrudere, quod elegantius omittatur. Ego equidem id hic abeſſe malim.

11. ξύστασιν ſi bene habet, accipio pro ξύντασιν, *intentionem, contentionem:* quanquam hoc mallem.

879. 1. καὶ διὰ τὸ, ἀνώμαλον καὶ] Mihi videtur hic parum quid deeſſe ad hunc fere modum: καὶ διὰ τὸ τῶν γιγνομένων ἀνώμαλον, ἀνώμαλον καὶ τὴν ἔποψιν — vel ſic: καὶ διὰ τὸ ἀνώμαλον τῶν γιγνομένων, ἀνώμαλον καὶ τὴν ἔποψιν. *et propter inaequalitatem rerum contingentium etiam inaequalis erat adſpectus.*

vlt. νικῶντες, κρατούμενοι] Verba ſic nuda in ſe, extra connexionem, ſpectata, vitii nihil, nihil ſuſpicionis habent. Bene graecum eſt, Thucydideum quidem, ἦσαν ἀκοῦσαι νικῶντες, ἦσαν ἀκοῦσαι κρατούμενοι, pro ἦσαν ἀκοῦσαι φωναὶ, καὶ νικώντων καὶ κρατουμένων. verum inſequentia ὅσα ἄλλα στρατόπεδον ἀναγκάζοιτο φθέγγεσθαι ſubiiciunt, paulo ante recitatas eſſe voces ingentis exercitus in tanto diſcrimine. Atqui eiuſmodi exercitus non clamat νικῶντες, ſed νικῶμεν, neque κρατούμενοι, ſed κρατούμεθα. Praeferam equidem primam perſonam pluralis indicatiui vtroque loco, nominatiuo participii: *vincimus, vincimur.*

880. 13. περὶ σφᾶς αὐτοὺς καὶ ὅπῃ σωθήσονται διεσκόπουν] Aut deeſt hic aliquid, aut leg. eſt πρὸς σφᾶς αὐτοὺς, ὅπῃ σωθ. δ. Nam περί τινα διασκοπεῖν graecum eſſe nego.

16. ἐπεπόνθεσαν καὶ ἔδρασαν] Non me fugit os Thucydideum. vereor tamen, ne ille dederit ἐπεπόνθεσαν οἷς καὶ ἔδρασαν αὐτοὶ τοὺς ἐν Πύλῳ.

vlt. αὐτοῖς] Ego foemininum praetuli e vulgaribus Thucydidis libris.

881. 1. καὶ τότε] imo vero οὕτω καὶ τότε.

882. 5. τὸ τῶν πολλῶν] Subaudi πλῆθος.

6. καὶ τῶν ἀλόγων] num καὶ τὸ τῶν ὀλίγων. opponuntur οἱ ὀλίγοι τοῖς πολλοῖς.

7. δυσχεραίνει] lege δυσχερανεῖ in futuro, vt paulo poſt [verſu 10.] μέμψεται.

13. Sententia qualiſcunque, loco ſic conſtituto, exibit: ἀξιοῦμεν ἅπαντα κρίνεσθαι τὰ τῆς τέχνης ἔργα, ὧν ὅτῳ ἐνδέηται θάτερον. *quibus ambobus ſpectari debere volumus omnia artis opera, quorum operum cuicunque deſit horum amborum criteriorum alterutrum, efficit ille defe-*

defectus; vt alterum minus ſit perfectum. Verum vtique plura deſunt.

883. 14. Locus Thucyd. eſt 3, 81. et 82.

885. 2. οἷον] in ſe non male. verum inſequentia, καὶ ἔτι περαιτέρω, ſubiiciunt, leg. eſſe ὧν. idem eſt, ac ſi dixiſſet ὐδὲν ὑ ξυνέβη τύτων, ἃ φιλεῖ γίγνεσθαι ἐν τῷ τοιύτῳ [ſcil. χρόνῳ, vel κακῷ.] καὶ ἔτι περαιτέρω τύτων. *nihil non contingebat eorum, quae ſolent in eiuſmodi tempore contingere.*

8. ἐν τοῖς πρώτῃ] Quidquid agant, mihi non eripient, ἐν τοῖς ſic nude poſitum nihili faciendum et vitioſum eſſe. Sine dubio deeſt τέως. ἐν τοῖς τέως, ſcil. γεγενημένοις, *in rebus adhuc geſtis*, aut *in ſuperiori omni rerum geſtarum memoria.* cui opponitur ſtatim poſt ὕστερον.

10. Poſt ἑκαστακῦ deeſſe videtur aliquid. fort. hoc minutum καὶ περῦργυ ὄντος. *et cum in hoc laborarent*, vel *contenderent* —

886. 1. ἐστασίαζον] In indice Lyſiae exempla compluſcula dedi neutrius generis ſubſtantiuorum in numero plurali cum verborum item numeris pluralibus copulatorum. in τὰ τῶν πόλεων ſubauditur τέλη, *ordines.* id eſt αἱ πόλεις.

2. πολὺ] Sine dubio praeferenda eſt lectio libri Dudithiani πολλήν. neque dubitaui eam praeferre.

6. ἐστασιάζετο] Niſi conſtantia eſſet ſeruanda, nil offenderer hac lectione, quae hoc poſſit ſignificare: *in tumultum concitabantur.*

10. ἐπὶ πύστει] Poſſit quidem ἐπὶ delendum videri, vt cuius prima ſyllaba perperam e fine vocabuli praecedentis ἐπίκειται eſſet iteratum, poſterior e prima ſyllaba vocabuli inſequentis πύστει. Verum tamen e v. ἐπιπυνθανόμενοι verſu 13. ſatis perſpicue conſtat, Dionyſium in ſuo Thucydide non ſimplex πύστει legiſſe, ſed compoſitum ἐπιπύστει. quod affectatione Thucydidea quaeſitae dictionis haud eſt indignum.

888. 1. ὔτε θεατρικὸν] Aut deeſt colon, alterum ὔτε, iſti priori reſpondens, e. c. ὔτε κομψὸν, vel tale quid, aut pro ὔτε ſimplex ὐ eſt adſciſcendum.

11. ἀσφαλείᾳ. Ἀσφάλεια] Facile aſſentiar Sylburgio, prius horum vocabulorum eſſe delendum. quodſi tamen malimus eius veſtigia quaedam ſeruare, poſſit locus ſic legi: νῦν δ' ἐπιτίθησιν ἀσαφέστατα. Ἀσφάλεια δὲ —

889. 9. πραχθὲν. ἀλλ' ἔστι μᾶλλον κακὸν] Correxi de meo ſic — πραχθὲν, ἀλλ' ἔτι μέλλον κακόν. *malum nondum peractum, ſed adhuc dubium et incerto exitu ſuſpenſum.*

11. προεπινοῦντες] malim προϋπονοῦντες.

890. 8. κείμενον] Num ἔγγιστα κείμενον.

891. 1. Poſt ὠφελείας, quod habeo pro accuſatiuo in plurali, deeſt ἐθήρευον, aut tale quod

quod verbum. Pari modo verſu 2. πλεονεξίας. Niſi malumus ſic legi: οὐ γὰρ μετὰ τῶν νόμων ἐπ' ὠφελείᾳ αἱ τοιαῦται ξύνοδοι, [ſcil. ἐγίγνοντο,] ἀλλὰ παρὰ τοὺς καθεστῶτας ἐπὶ πλεονεξίᾳ.

891. 6. ἑκατέρῳ] malim ἑκατέρων. ob inſequens ἐχόντων. Aut alias leg. ſit ἔχοντες, vt ad ὅρκοι redeat.

893. 2. ἀγαθοὶ] ſubaudi e proximo ὄντες: *malunt, cum ſint homines conſcelerati, ſolertes et callidi audire, quam tardi, tametſi homines frugi ſint.* Merae ſunt tricae, merae cavillationes et ſycophantiae, quas Dionyſius elegantiae huius loci haud dubiae opponit. Verum in permultis aliis quoque ſe gerit ſycophantam grammaticum. Apparet, Dionyſium hunc Thucydidis locum haud percepiſſe. Poſſunt vtique οἱ μὴ κακοὶ eſſe ἀμαθεῖς, h. e. εὐήθεις, ſimplices, ingenii hebetioris. Paſſus vtique fuit hic aliquid humani Dionyſius. malo enim de errore, quam de malitia, ſuſpicari. Liquida et plana eſt oratio, hic loci certe, Thucydidis, quam alias vtique implicatiſſimam eſſe prorſuſque imperuiam vltro fateor.

894. 9. ἐπεξῄεσαν δὲ τὰς τιμωρίας ἔτι μείζους] id eſt ἐν τῷ ἐπεξιέναι ἐλάμβανον τιμωρίας ἔτι δεινοτέρας.

11. προστιθέντες] in vulgatis Thucyd. libris eſt προτιθέντες. neutrum placet. Sententia poſtulat προϊέντες, *laxantes, procedere ſinentes*, vt patet ex oppoſito ὁρίζοντες. [verſu 12.]

895. 6. κρείττους etc.] Idem eſt, ac ſi dixiſſet: διότι πάντες μᾶλλον ἐλογίζοντο τὸ ἀνέλπιστον, ἢ τὸ βέβαιον. vel ἢ ὥστε εἶναι βέβαιοι.

